This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

De

PSEUDO-APULEI

Herbarum Medicaminibus.

Ad Summos In Philosophia Honores

Ab Amplissimo

Philosophorum Ordine

Universitatis Ludovico-Maximilianeae Monacensis

Rite Impetrandos

Scripsit

Hermannus Koebert

Palatinus.

Baruthi.

Apud Laurentium Ellwanger.

MCCCLXXXVIII.

Notae.

C	=	codex	Cassinensis
L	=	„	Lugdunensis
M	=	„	Monacensis
V	=	„	Vratislaviensis
A	=	editio	Ackermanni = Vulgata.
CW	=	„	Wecheli
H	=	„	Humelbergi
R	=	„	Romana (Jo. Phil. de Lignamine),
T	=	„	Torini.

Prooemium.

In iis veterum scriptorum libris, qui aut decurtati aut amplificati traduntur, numerandi sunt duo libri, quorum unus, qui de herba vettonica inscribitur, Antonio Musae, alter, qui de herbarum medicaminibus est, Lucio Apuleio Madaurensi, tribui solet. Neutrum horum herbariorum auctorem esse certum est. Auctor incertus illa nomina, ut sibi fidem pararet, praescripsit aut a posteriore illa addita sunt. Neque neget, qui libellum de vettonica et opusculum de herbarum medicaminibus legerit, illum libellum nihil aliud nisi partem huius herbarii esse.

Libri et manuscripti et typis expressi abundant erroribus et praebent scriptoris verba aliorum opera aut aucta aut concisa. Neque id mirum videatur consideranti illud herbarium in usum cottidianum omnium scriptum fuisse, non ad doctos medicos spectare. Hanc auctoris voluntatem fuisse ex eo apparet, quod omnia remedia sine medicorum instrumentis vel auxilio parari et adhiberi possunt. Ea autem medicamina, quae medicorum artem desiderant, a posterioribus addita esse pro certo habendum est. In cap. XX. tit. 3 auctor ipse dicit «medicos quoque sine ea (scil. herba aristolochia) nihil facere posse.» Id veteres quoque libri editores intellexisse demonstratur praefatione, quam ab uno illorum compositam, typis repetivit Gottl. Ack. pag. 127. In illa enim herbarum medicamina hominibus medicinae inperitis commendantur cum vehementi castigatione medicorum, quorum cupiditas lucri exagitatur, cum «saeviores ipsis morbis existant.» *)

Atque multos ex his remediis auxilium repetisse et ex magno codicum numero libelli et ex eo, quod complures editi-

*) Scripsit de hac praefatione Val. Rose in Herm. tom. 8. 1874.

ones typis expressae exstant vetustissimae, apparet, id quod nisi usus libri vulgatus fuisset, mirum videretur. Accedit, quod herbarium, de quo dicimus, quasi exemplar herbarii medii aevi et recentiores secuti sunt in libris componendis. Habeo in manibus herbarium, cuius auctor etsi in praefatione huius rei mentionem non fecit, tamen illius libri formam imitatus est.

Kräuterbuch des Hochgelehrten und weitberühmten Herr D. Petri Andreae Mathioli itzt wiederumb mit vielen schönen newen Figuren auch nützlichen Artzeneyen und anderen guten Stücken zum vierdtenmal auß sonderm Fleiß gemehrt, und verfertiget durch Joachim Camerarium der löblichen Reichsstatt Nürnberg Med. Doct. etc. Gedruckt zu Franckfurt am Mayn. Bei Jakob Fischers S. Erben MDCXXVI.

Iam accipe, quomodo in hoc libro de herbis agatur: Eberwurz. Name und Gestalt. Stelle. Zeit. Natur, Kraft und Wirkung [im Leib. Außen].

Iis, quae uncis inclusi, exceptis reliquae partes plane congruunt cum eis, quae in herbario antiquo, quod quidem inde a saeculo sexto vel septimo p. Chr. n. auctum tradebatur, leguntur. Quin etiam cap. IV. tit. 6*) Apulei et folio 368 Mathioli inter se conlatis non solum formam vel dispositionem sed etiam res ipsas ex auctore Romano repetitas esse vix neges.

Apul. l. c. «Ad capitis dolorem. Herbae verbenacae coronam facito et in capite inpone, dolorem capitis tollet.» Mathioli l. c. Man brauchts noch jetziger Zeit zu seltzamen Sachen und Gespensten. Etliche machen Kräntzlen aus Verbenblettern und setzens auff wider das Hauptwehe.

Herbarium igitur Apulei ad usum communem omnium compositum et in multorum manibus fuisse facile intellegitur, id quod in restituenda libelli pristina forma non sine aliquo momento esse infra videbimus.

---

*) Voce „titulus" singula remedia ab Ackermanno significantur.

I. Quae pristina herbarii forma fuerit, et quibus de rebus auctor eius egerit, quaeritur.

Haec quaestio nisi codicibus adhibitis diiudicari non potest. Itaque hi codices a me comparati sunt:

1) **Codicis Monacensis** fragmenta. Saec. VI vel VII. In hoc codice exstant:

Cap. II (Vulg.)	II 16—22 et 24	plantago
	III 1—3	quinquefolium
	LXVI 1	bryonia
	LXXV 1—6	senecion
	LXXVI 1 et 2	filex
	LXXVIII 1—3	gladiolus
	LXXIX 1	rosmarinum
	LXXXV 1—3	sabina
	LXXXVIII 1, 3, 4	millefolium
	LXXXIX 1—13	ruta hortensis
	XCXI 4	ebulum
	XCII 1—17	puleium
	CXXIV 1 (pars) 2	feniculum
	CXXV pars tituli 1	eriphium
	CXXVI 1 et 2	petroselinum
	CXXVII 1 et 2	brassica
	CXXVIII	basilisca.

Accedit initium herbae Mandragorae et compositio medicaminis, de quo pag: 7 dicemus.

2) **Codex Lugdunensis.** Hunc in bibliotheca Lugdunensi ipsa, ubi a bibliothecario Du Rieu benigne receptus sum, inspexi. In hoc codice haec scripta sunt. Capita 1—75, his exceptis:

Cap. 24 pars nominum deest.

Cap. 25 nomina desunt.

Cap. 27, 28, 29 desunt.

Cap. 32 nomina et 4 tituli desunt.

Cap. 36 solum nominum initium exstat.

Cap. 39 deest.

Cap. 52 et initium 53, cap. 55 et 56 et maior pars capitis 57 desunt.

Cap. 60, 3 et 4 desunt.

Cap. 63 nihil nisi pauca nomina exstant. Post hoc caput duae herbae «solago maior et solago minor» describuntur, quas vulgata non habet.

Cap. 74 sola herbae effigies exstat subscripto nomine narcissi.

Cap. 75 1, 2, 3, 4 exstant, reliqua desunt.

3) **Codex Vratislaviensis,** qui Monachium mihi missus est. Hic codex omnia capita continet his exceptis: Deest cap. 10 et 38. Post cap. 63. 4 describitur solago maior. Deest solago minor. Desunt cap. 64, 65, 66, 67, 68. Cap. 72 initium solum exstat. cap. 73 deest. cap. 92, 4—18 desunt. Post cap. 125 posita est herba simfitum. cap. 126, 2 deest. cap. 127 deest. cap. 128 reliquiae medicaminis compositi exstant. cap. 129 in 6 titulos divisum est, cum vulgata orationem continuam praebeat.

4) **Codex Cassinensis,** etsi minorem tantum partem inspicere potui.

Monachi enim monasterii Cassinensis, cum anni 1886 die Veneris, qui antecedit septimaniae sacrae, in monasterium venissem, res profanas administrari legibus ordinis St. Benedicti per totam septimaniam prohiberi dixerunt. Itaque re infecta discedere coactus sum. Continet codex cap. 21—131.

5) **Codex Lugdunensis alter** saeculi XV. Quem minore parte inspecta ad verba restituenda nullius esse momenti intellexi, cum multa temere aut commutata aut omissa aut adiecta sint.

Descriptio Codicum (ex catalog).

1) Codex Lugdunensis, olim No. 209, fuit antea in bibliotheca Goldasti, ubi No. 1149 vel 123/9 erat notatus, nam uterque numerus legitur in primo folio voluminis I.

fol. I Incipit Confectio salis.

fol. 2. med. Jera diacoloquintidas appellatur.

fol. 3 vers. med. Oxiporium.

fol. 4 Herbarum salubrium legendarum medicinalium praecatio terrae.

Explicit. Incipit antidotum. Incipit antidotum. Incipit praecatio omnium herbarum. Explicit.

fol. 6 vers. Sine titulo incipit tabula, quam systematicam dicas, dolorum et malorum, ad quae curanda herbae inserviunt ab Apuleio descriptae. Explicit. Incipit Herbarium Felicitor.

fol. 12. Incipit Antonius Musa M. Agrippe salutem. Explicit epistula.

fol. 13. herba vettonica depicta est. Jam sequuntur medicamina herbae vettonicae et fragmenta Apulei figuris pulcherrimis exornata. Discernendae sunt tres manus, quarum prima saeculi VI, secunda ex iudicio bibliothecarii Du Rieu Gothica seculi XII (?) vel XIII, tertia recentior fortasse Goldasti. Idem bibliothecarius in catalogo adnotavit rationem habendam esse omnino secundae manus Secunda corruptos nominum et verborum casus saepe in integrum restituit, sed ea res minoris aestimanda est, quoniam ipsi facile hoc munere fungi possumus.

Itaque primae manus ratio habenda est. Continet codex in singulis capitibus nomina herbarum praescriptis numeris capitum, deinde synonyma, tum saepissime loca nominantur, ubi herbae nascuntur, rarissime breves herbarum descriptiones, denique medicamina. Haec omnia antecedunt herbarum effi-

gies. In codice plurimi librarii errores inveniuntur, e quibus illum non intellexisse, quid scriberet, apparet. Ut multos lapsus eius qui synonyma scripsit omittam, haec exempli gratia adferam: Cap. I virtutes praescriptae pro infra scriptae. ib. tiendos pro metuendos. tit. 6. tillato pro stillato 8 semis pro sumtis. 18 adque pro aeque. 31 continenti pro continuo II, 6 et pro ea 21. tenuntur pro teneatur 22. mittitur pro medetur IV, 7 offultam pro occultam VII aratis pro ac pratis XIV. 1 duplusit pro duplo plus sit ibid. sub cinus pro sub cinerem, XVII. caput solido pro scapo solido. XIX. ex tibo pro aestivo XLII, 1 folia lati pro folia lapathi. LXIV oremus pro Homerus.

Quid plura?

Synonyma ex Graeco sermone transcripta sunt eaque ita, ut illo tempore enuntiabantur.

e = { αι ema αἷμα
ει alexandreos ἀλεξάνδρειος

ae = ε = η aeracleos Ἡράκλεος

i = { η galis = γαλῆς
ι
υ quiatus = κύαθος

o = α botracion = βατράχιον.

y = { υ
ι stycas = στοιχάς
οι

(confer. Eduard Engel die Aussprache des Griechischen 1887. p. 126 sq.).

c = { γ
κ
χ

v = β ; f = φ ; p = φ.

u = υ dactulos.

au = al cauculus = calculus. Utraque forma legitur. Conf. Seelmann, die Aussprache des Latein. p. 327 et Schuchardt, Vokalismus des Vulgärlateins II p. 494.

e = i ; i = e ; o = u conf. Seelmann p. 215.

i = i = y = u Seelmann p. 219.

b = p = v errore librarii.

c = ch = y = qu (cocere = coquere Seelmann p. 350).

qu = κ quiatus = cyathus Seelmann p. 351.

t = th ; f = ph.

h saepe neglegitur oras = horas Seelmann p. 262.

h additur, ubi non exspectaveris velut in «hortos» = ortus Seelmann pag. 265.

2) **Codex Vratislaviensis** III F 19 saec. IX vel X.

Hic continet 118 folia, quorum 1—113 integra, reliqua valde corrupta sunt. Inscribitur Herba Vettonica Qua Scolapis Invenitur tutes habet (= H. V. quam Aesculapius invenit, virtutes habet). Quae prima virtus eius est.

Deinde sequitur index, in quo singulae plantae earumque virtutes enumerantur. Ultima est numero CXXXI praescripto herba mandrago (= mandragora) vir̃ (= virtutes) habet VI.

fol. 15 legitur. Expliciunt Capitula. Sequitur Ant (= antidotum) Justinianum.

fol. 16. Ippocratis Mecenatis Vo. Salutem = Hippocrates Maecenati Suo salutem. (Confer. Teuffel Röm. Liter. edit. 4. 446 A. 4)

fol. 21. Incipit praecatio omnium herbarum.

fol. 22. 1 Incipit epistula Antoni Muse sive de herba Vettonica, quantas virtutes habet.

fol. 23. Antidotum Paulinum.

Pauca, quae olim de herba vettonica in codice scripta erant, nunc desunt. Incipit enim a capite I, 1 . . . «efficacius etc.»

fol. 28. Vires herbarum et herbas incipiamus. Aliud herbarium Apulei Platonis. Sequitur Apulei oratio ad cives.

fol. 28. herba plantago. Nonnulla folia desunt.

fol. 87. explicit.

Tum legitur antidotum, quod non Apulei est.

Index Sexti Placiti, qui finitur fol. 92.

Ultimum caput (fol. 117) inscribitur «de ansere.»

Codex perbelle scriptus est. Duae manus discernuntur, prior saeculi IX vel saec. X, altera multo recentior, qua multa

est, ad quod «vetustissimum» referas. Adiciendum est igitur post illud verbum «malum.» Confer Vulg. cap. CXXVII. 3. ubi legimus: «Quod si vetustissimus dolor fuerit, etc.» Illud «vetustissimus» ex Graeco χρίνιος translatum videtur.

Vers. 15 «hos optenet» repetitum ex antecedente «optinet,» sed idem in cod. Cassinensi invenitur. — vers. 16 Codex praebet «nec visua mala nocere possunt.» Spengel conicit scribendum esse «nec vi sua mala». Equidem praeferam: «nec visa mala nocere possunt.» — vers. 19 «insufflat» scribendum est pro «insuflet». -- pag. 4 vers. 7 esse emendandum puto: «Omnes violentias eorum haec verba < regula optinet. Si quis homo eam se > cum habuerit, ab omnibus generationibus serpentium tutus erit.» Verba uncis inclusa inserenda esse puto; quod nisi feceris, oratio scriptoris recta carebit sententia. Verba a me inserta praebet cod. C., qui hoc in capite mirum in modum cum cod. M congruit. Leguntur enim illic haec: «Omnes violentias eorum haec herbula regula optinet: Si quis homo eam secum habuerit, ab omnes generationes serpentium tutus erit.» Voce «generatio» aliis locis non idem significatur, quod hoc loco.

pag. 4 vers. 11 scribam: «aurosum, subsimilem» codicem C. secutus pro «aurosi — B similem», quod cod. M. praebet.

Jam ad rem venimus, in qua Spengelium vehementer errasse certis argumentis demonstrare possumus. Dicit enim in pag. 122: Es ist ausgemacht, daß unser Recept d. h. pag. 1 und 2 nichts mit der herba basilisca zu thun hat, wie dies in der vulgata der Fall ist. Man denkt zunächst an eine Versetzung des Blattes, wodurch so etwas möglich werde, leider muß man sich mehr der Vermutung hinneigen, es sei dieses nur einem gedankenlosen Kompilator zuzuschreiben; denn daß unser Text ein weit vollständigerer war, beweist schon der numerus CCLXXXVI gegenüber von CXXVIII. — In St. Emmeran war also ein vollständiges Exemplar unseres — wenn ich so sagen darf — Urapuleius." Ex numeris, quos Spengelius adfert, nullo modo colligi potest codicem M. multo ampliorem

Apulei librum — neque temere cum Sp. ampliorem Apulei librum „die Schrift des Urapuleius" esse dicam — praebuisse quam is est, qui in vulgata traditur. In codice M. enim singulis remediis numeri adscripti sunt, in vulgata singulis herbis, id quod ille nescio quo pacto neglexit. — De «praesidio pastillorum, quod utebatur Augustus» haec dicenda sunt. Ab inepto compilatore quidem in codice vel in codicibus, ex quibus hausta est vulgata, illud remedium herbae basiliscae adiectum esse non negem. Sed iam quaeram, quo loco herbarii illud medicamen non sit ineptum. Equidem me nescire confiteor locum idoneum. Itaque censeo ab interpolatore libello additum et a librario ad herbam basiliscam relatum esse. Neque compositio ipsa satis ampla medicaminis, quod ex tot elementis confectum est, ea est, quae voluntati auctoris libelli respondeat. Medicamen in cod. M. integrum non restat. Legitur enim hoc medicamen etiam in cod. V. Ecce monstrosa compositio.

Inter „feniculi semen" et „cymini Thebaici" positum est „gummini unci" (pro „gummini" praeferam „gumminis" conf. Pallad. 12, 7, 15. Post „piperis nigri" legitur „(— blis faci herbaque e salvia uncia)" = elelisphaci herbae, quae est salvia, uncia una.

Sequuntur haec:

„cassie uncia /" = cassiae.

„bonia desidis hoc ẽ barba iovis unc̃ /".

Quid esset „bonia desidis" exquirere non potui.

„rape semen unc̃/" = rapae.

„cupatori unc̃/" = eupatorii.

„euciu radices hoc est . . ." = aizou = ἀειζώου?

„causella uncia" = maurellae? (sic medio aevo dicebatur, nunc scrophalaria nodosa nominatur).

„ciperu semuncia" = cyperi.

„trifolii semuncia."

„ amomi semuncia."

„serpullu semuncia" = serpulli.

„ğenciana semuncia“ = gentianae.
„aristolocie uncia / = aristolociae (Sic etiam in Plin-Medicina ed. V. Rose scriptum est).
„rutae agrestis unc.“
„eruce seme unc /“ = erucae semen.
„cane radice unc /“ = cannae radices.
„agrimmonie radix semuncia“ = agrimoniae draconteae unc /.“

„mellis Attici, quantum sufficit. Haec omnia contunduntur in unum et in pulverem mollissimum (cod. pulvere mollissimo) redactum reponitur in buxidem aeneam. Accipitur autem in magnitudine abellanae. Hoc qui usus fuerit, incolumis perseverat usque ad difinitionem suam“ (cod. difinitionis suae). Ipsa vox „difinitio“ interpolatorem posteriorem indicat.

5) Cod. Lat. Voss. E. 13, 53 foliorum. Hic codex, qui et ipse in bibliotheca Lugd. servatur, praeter alia in foliis 4, 2 — fol. 14 libellum de herba vettonica et Pseudo-Apulei herbarium usque ad caput XXIII editionis vulgatae continet. Ultima verba sunt „ciatum unum axungia vetere.“

Figurae plantarum ante coloribus adumbratae evanuerunt, restant effigies penna expressae. Ex eis poligoni et pentafili imaginis solae imaginibus codicis vetustioris L. similes sunt. Ante diximus lectiones huius codicis ad editionem parandam nullius esse momenti. Confer, sodes, capitis I titulum 4 codicis L. vetustioris et codicis L. recentiores.

L[1]	L[2]
ad lacrimosos oculos. herbam vettonicam manducet et aciem oculorum meliorem facit.	ad lacrimosos oculos. herbam vettonicam comedat et aciem clariorem facit et lacrimas pellit.

Jam videbis verba temere mutata esse.

Codicibus descriptis iam ad propositum revertamur et de pristina herbarii forma disputemus.

Codices L. et V. et C. his in rebus inter se consentiunt:

1) Singulis capitibus praescriptum est nomen plantae, de qua agitur.

2) Deinde sequuntur herbarum synonyma.

3) Tum saepissime dicitur, quo quaeque herba loco nascatur.

4) Saepe tempus legendi additur.

5) Remedia.

Ad 3 et 4 notandum est non semper illas res loco tertio vel quarto commemoratas, sed interdum remediis adfixas vel in fine capitis adiectas esse. Descriptiones herbarum uberiores, quae in editione vulgata leguntur, desunt. Interdum autem herbae breviter describuntur. Imagines herbarum solis in cod. L. et C. inveniuntur, illic variis coloribus, hic colore fusco pictae. Quaeritur autem, utrum illae partes, quae codicibus L, V, C communes sunt, in archetypo scriptae fuerint necne. Qua in re iudicanda non neglegendum est, in codice vetusto M synonyma non inveniri. Atque ut recte de hac re iudicemus, simul considerare debemus, quid auctor libelli voluerit, quae sit codicum auctoritas, quibus ex fontibus res haustae sint. Cur hunc ordinem disserendi sequar, ex futura disputatione apparebit.

Ac primum quidem quaerendum est, num apud alios scriptores antiquos herbaria commemorentur, unde aliquid conicere liceat. Equidem loco Pliniano, cuius iam Otto Lenz: Botanik der Griechen und Römer pag. 228 mentionem fecit, hanc rem illustrari mihi persuasum est. Legimus enim in Plinii Nat. Hist. lib. 25 § 8 sq. haec: «Praeter hos Graeci auctores prodidere, quos suis locis diximus, ex his Cratevas, Dionysius, Metrodorus ratione blandissima sed qua nihil paene aliud quam difficultas rei intellegatur. **pinxere namque effigies herbarum atque ita subscripsere effectus**; verum et pictura fallax est coloribus, tam numerosis praesertim in aemulationem naturae, multumque degenerat transcribentium

fors varia. praeterea parum est singulas earum aetates pingi, cum quadripertitis varietatibus anni faciem mutent. Quare ceteri sermone eas tradidere, aliqui ne effigie quidem indicata et nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam satis vitebatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus.» De tribus igitur generibus loquitur herbariorum, quibus remedia tradebantur. Primum genus effigies herbarum pictas praebet subscriptis remediis, ut non sermone herbarum formae exponerentur. In secundo genere imaginibus non pictis verbis herbae describebantur remediis subscriptis. Tertium denique genus neque figuras pictas neque descriptiones sed nomina sola habebat remediis subscriptis. Utrum in hoc genere herbae uno nomine usitato an pluribus synonymis indicatae fuerint, vix discerni potest. Verisimile sane est, nomine proprio significatas fuisse; ob eam rem, quod Plinius addit: «quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus.» Si quis locum Plinianum et herbarium Apulei comparaverit, sine dubio existimabit Plinium tale fere herbarium in animo habuisse, quale hoc est. Sed quaeritur, cui ex illis generibus tribus hoc adscribendum sit. Herbarium editionis vulgatae alterius generis esse videtur synonymis additis. Herbario codicis V repraesentatur tertium genus synonymis adiectis. Codicis Monacensis Apuleius tertii generis est. Herbaria codicum L et C primi generis sunt adscriptis synonymis.

Ac primum nego synonyma, etsi in codice vetustissimo leguntur, a primo libelli auctore scripta fuisse. Vidimus enim supra ab illo libellum in usum communem omnium compositum esse. Quid autem hominibus herbariae inperitis prodest herbarum nomina Aegyptiorum vel Dacorum scire? In codice vetusto M synonyma desunt. In eo enim initia harum herbarum tradita sunt: III Incipit quinquefolium. Ad vitia articulorum etc.

LXVI. Nomen herbae bryoniae. Ad splenem. LXXV. Incipit nomen herbae senecionis. Ad vulnus etc. Haec capita leguntur etiam in codice L. ubi multa synonyma adiecta sunt.

In codicis M capitibus LXXVI, LXXVIII, LXXIX, LXXXVIII synonyma non leguntur. In cap. XCVII ne illud quidem «incipit nomen herbae pulei» scriptum est, sed legitur «CCVIII caput ne ab aestu concalescat.» Contra mirum est, quod in capite CXXV eadem herbae descriptio invenitur, quae in editione vulgata legitur. Hoc certe apparet in codice M., synonyma scripta non fuisse. Etiam synonyma, quae in codice L. exstant, a posteriore interpolatore adiecta esse ex eo intellegitur, quod ex ipso sermone Graeco transcripta sunt, ut supra demonstravimus. Si primus auctor libelli haec synonyma addidisset, certe munere suo melius functus esset. Scatent enim erroribus. Accedit, quod multa, quae in synonymis leguntur, mihi quidem adiectiva, non nomina esse videntur. Velut cap. IX. inter herbae batrachii synonyma invenitur «staltice» et «caustice», quae voces sine dubio vires herbae, non nomina significant. Exempla eiusmodi multa nobis occurrunt. Sed non modo illa synonyma, sed etiam nomina singulis capitibus praefixa ab interpolatore adiecta esse puto. In omnibus quidem codicibus leguntur, sed varia ratione scribuntur. Scriptor codicis M ita scribere solet: «Incipit nomen herbae N. N.» In codicibus L et V praescribitur: «Herba N. N.» In cod. C scribitur: «Nomen herbae N. N.» In codice M numeros quoque alium ordinem sequi supra diximus. Nonne tibi mirum videtur, quod codices in hac tam simplici re non inter se conveniunt? Accedit aliud, cur illa nomina praefixa subdita esse existimen. Iam legas velim. In codicis L. Cap. II. legimus: «Herba Arnoglossa ad capitis dolorem. herbae plantaginis etc. sic in reliquis remediis. Cap. III Herba «Pentaphyllon», in singulis remediis «quinquefolium.» Contra Codex M praebet: «Incipit herba «quinquefolium» Cap. IV. «Hierabotane», in remediis «verbenaca». Cap. V. «Hyoscyamos», in remediis «symphoniaca». Cap. VII «Acorum», in remediis «herba venerea». Cap. VIII. «Leontopodium», in remediis «pedis leonis». Cap. IX. «Batrachion», in remediis «herba scelerata». Cap. XVI. «Satyrion». in remediis «priapiscus». Item in cap. XVIII,

XIX, LL, in remediis alia nomina usurpantur atque in initiis capitum. Meyerus C. c. II. 321 dicit: „Jedes Kapitel ist mit dem gewöhnlichen Namen einer Pflanze überschrieben.“ Sed auctorem alia nomina praescripsisse, alia in remediis ipsis adhibuisse, equidem verisimile esse nego. Itaque dubium non est, quin et illa nomina praescripta ab interpolatore addita sint et synonyma. Iam quaeritur, quo ex fonte illa synonyma hausta sint. Ackermannus quidem primum ex Dioscoride sumpta esse censuit, deinde sententia mutata Dioscoridis synonyma ex Apulei herbario repetita esse dixit. Sed utraque sententia facile refelli potest. Videmus enim synonyma, quae in capite IX editionis vulgatae et codicis L leguntur, apud Dioscoridem scripta non esse, unde apparet fieri non potuisse, ut ex hoc transcriberentur, nisi forte quis putat Apuleium ex Dioscoridis codice hausisse, qui illa quoque synonyma praebuerat. Neque praetermittendum est, saepissime alterum plura nomina adferre quam alterum. Dioscoridem vero non ex Apuleio nomina repetisse non modo ex aetate utriusque sed etiam ex eo intellegitur, quod synonyma Apulei ex sermone Graeco transcripta esse supra diximus. Itaque dubium non est, quin et Dioscorides atque adeo eius interpolator et interpolator Apulei eandem secuti sint auctoritatem. Quod saepe multum inter se discrepant, conicere licet interpolatores munere suo non pari diligentia functos esse aut fieri potuisse, ut fons ipse, quem uterque adiit, corruptelis aut additamentis depravatus esset. Iam Val. Rose in Herm. tom. 8 1874 pag. 38 dixit: Diese alphabetische Umarbeitung vom griechischen Text des Dioskorides hat aus derselben auch dem Apuleius (rectius dixisset dem Interpolator des Apuleius) dienenden Quelle ihre bekannte Liste der Pflanzennamen gezogen. Gravissimum argumentum huius rei, quae per se ipsa levissima esse videtur, adferre possum. Nam et apud Apuleium et apud Dioscoridem herbarum synonyma saepissime casu nominativo proponuntur, quamquam nominativus subiectivus («alii» οἱ δέ) et verbum («dicunt« «καλοῦσι») antecedit.

Cum igitur in codicibus vetustissimis descriptiones her-

barum desint, synonyma autem et nomina praefixa subditicia sint, restat, ut herbarium Apulei primo generum a Plinio l. c. commemoratorum adscribamus. Quodsi in codice M herbarum effigies non pictae sunt, librarius difficultate pingendi illas addere prohibitus est. Posteriores imagines sermone indicandas esse putarunt. Rei herbariae autem studiosus aliquis, qui magis suam disciplinam quam quid auctor libelli voluisset, respexit, synonyma addidit. Illas effigies autem in codice archetypo pictas fuisse, certo argumento colligi potest. Inspicias velim utramque effigiem herbae griadis (in cap. LI) quarum alteram ex codice L, alteram ex codice C ut potui, in fine huius libelli transcripsi. Qua in re notandum est, effigiem codicis L non pristinam, sed alia manu renovatam esse, ut figura codicis C magis naturae accedat quam imago codicis L. Cum autem codex C ob id ipsum, quod meliorem effigiem praebet quam vetustior codex L, non ex codice L describi potuerit, luce clarius est, utrumque codicem ex fonte haustum esse, in quo illa effigies picta erat. Atque hanc sententiam probes spectata effigie, quam ad caput XXVI adfixi. Invenitur enim in codice L et C figura serpentis nomine «Lysis» subscripto.

correcta et addita sunt, velut semper «inponere» a recentiore in «imponere» commutatum est.

In hunc quoque codicem multi errores librarii irrepsere.

Ratio habenda est in verbis scriptoris restituendis prioris manus.

3. Codex Cassinensis No. XCVII.

«Saeculi IX vel X. Codex in folio, membranaceus, longitudinis $4^1/_0$, latitudinis $3^0/_0$, paginarum 552, characteribus antiquioribus longobardicis, qui Francicam vel Merovingicam scripturam sapiunt, conscriptus In catalogo bibliothecae Cassinensis diligenter descriptus est.» Equidem haec sola capita inspicere potui: 22, 23, 24, 25, 26, 130. Has notas inveni:

 = pro  = vel  = tur quae et alias inveniuntur.

 = ti,  = gi,  = ri,  = fi,  = bis = bo, m̃ = men, m' = um, n' = um,  = per,  = de,  = qui.

«Codicis scriptor perbelle figuris expressit herbas vel plantas, de quibus loquitur auctor.» Catal. Cass. Equidem puto illas herbarum effigies jam ab auctore libelli pictas fuisse, de qua re in futura disputatione loquemur.

«In hoc codice amanuensis saepe aut aliquid reliquit aut male scripsit» (Catalog).

4. Codex Monacensis.

De hoc codice Leonhard Spengel pauca disseruit. Edidit enim et commentariolo illustravit 1864 in tom. 21. Philologi pag. 119 seqq.:

„Classisches Mittel für langes Leben“ pauca Apulei fragmenta, quae ex bibliotheca Emmeranensi in bibliothecam regiam Monacensem translata sunt, ubi Cod. Monac. Emer. E XLIII significantur. Notantum est interea alia fragmenta reperta esse, quae nondum edita sunt.

Ut dicam, quid de hac editione sentiam, vir doctissimus in his rebus iudicandis vehementer erravit.

Primum dicam de rebus levioribus. Cur pag. 1 medicamenti in versu 9 pro «eparis», quae forma vocabuli saepissime in codicibus nobis occurrit, scripserit «hepatis,» haud intellego. *)

Ibidem in vers. 19 codex praebet «pecturis», non «pectoris».

Illa pars sic legenda esse mihi videtur «. . . . choleram et ad omnes humores et ad pectoris dolorem et ad thoracis ei proderit omni corpori, qui usus hoc pastillum fuerit. Facit et ad pericula mortalia (= Todesgefahren), qui venena accipiunt. Et ab omni periculo liberabit et omnia mala expellet.» Leguntur deinde in codice haec »accipiuntur quasi pastila gininus». Spengel putat scribendum esse «pastilla genus». Quod quid sibi velit, me quidem fugit. Aut legendum est «pastilli genus» aut «pastillorum genus», praeterea restituendum est «accipitur», ut haec sententia evadat: Accipitur (scil. potio) quasi pastilli genus, id est ita, ut sumitur genus pastilli diluti. Deinde legitur, nisi me fallit animus, R, quam notam Spengel neglexit. In hac nota latere mihi videtur «Recipe.» Sequitur «feniculi semen 5 ∻», nota «5 ∻» significatur «semuncia.» vers. 11 «thymi» scribendum est. — vers. 15 «abrotani» sic enim medio aevo dicebant. Spengel scripsit «abrotoni.» — 17 elelisphaci scribendum est. — vers. 18 Spengeli coniectura confirmatur codice V, qui «camedreos» habet. — pag. 3 vers. 3 emendationem postulare videtur. Verba codicis «quod sive tusimum fuerit» Spengel recte in «vetustissimum» mutavit, sed ne ita quidem res liquet. Neque enim

*) Epar, eparis non exstat apud Oscar Weise: Griechische Wörter im Latein. Leipzig 1882.

est, ad quod «vetustissimum» referas. Adiciendum est igitur post illud verbum «malum.» Confer Vulg. cap. CXXVII. 3. ubi legimus: «Quod si vetustissimus dolor fuerit, etc.» Illud «vetustissimus» ex Graeco *χρόνιος* translatum videtur.

Vers. 15 «hos optenet» repetitum ex antecedente «optinet,» sed idem in cod. Cassinensi invenitur. — vers. 16 Codex praebet «nec visua mala nocere possunt.» Spengel conicit scribendum esse «nec vi sua mala». Equidem praeferam: «nec visa mala nocere possunt.» — vers. 19 «insufflat» scribendum est pro «insuflet». — pag. 4 vers. 7 esse emendandum puto: «Omnes violentias eorum haec verba < regula optinet. Si quis homo eam se > cum habuerit, ab omnibus generationibus serpentium tutus erit.» Verba uncis inclusa inserenda esse puto; quod nisi feceris, oratio scriptoris recta carebit sententia. Verba a me inserta praebet cod. C., qui hoc in capite mirum in modum cum cod. M congruit. Leguntur enim illic haec: «Omnes violentias eorum haec herbula regula optinet: Si quis homo eam secum habuerit, ab omnes generationes serpentium tutus erit.» Voce «generatio» aliis locis non idem significatur, quod hoc loco.

pag. 4 vers. 11 scribam: «aurosum, subsimilem» codicem C. secutus pro «aurosi — B similem», quod cod. M. praebet.

Jam ad rem venimus, in qua Spengelium vehementer errasse certis argumentis demonstrare possumus. Dicit enim in pag. 122: Es ist ausgemacht, daß unser Recept d. h. pag. 1 und 2 nichts mit der herba basilisca zu thun hat, wie dies in der vulgata der Fall ist. Man denkt zunächst an eine Versetzung des Blattes, wodurch so etwas möglich werde, leider muß man sich mehr der Vermutung hinneigen, es sei dieses nur einem gedankenlosen Kompilator zuzuschreiben; denn daß unser Text ein weit vollständigerer war, beweist schon der numerus CCLXXXVI gegenüber von CXXVIII. — In St. Emmeran war also ein vollständiges Exemplar unseres — wenn ich so sagen darf — Urapuleius." Ex numeris, quos Spengelius adfert, nullo modo colligi potest codicem M. multo ampliorem

Apulei librum — neque temere cum Sp. ampliorem Apulei librum „die Schrift des Urapuleius" esse dicam — praebuisse quam is est, qui in vulgata traditur. In codice M. enim singulis remediis numeri adscripti sunt, in vulgata singulis herbis, id quod ille nescio quo pacto neglexit. — De «praesidio pastillorum, quod utebatur Augustus» haec dicenda sunt. Ab inepto compilatore quidem in codice vel in codicibus, ex quibus hausta est vulgata, illud remedium herbae basiliscae adiectum esse non negem. Sed iam quaeram, quo loco herbarii illud medicamen non sit ineptum. Equidem me nescire confiteor locum idoneum. Itaque censeo ab interpolatore libello additum et a librario ad herbam basiliscam relatum esse. Neque compositio ipsa satis ampla medicaminis, quod ex tot elementis confectum est, ea est, quae voluntati auctoris libelli respondeat. Medicamen in cod. M. integrum non restat. Legitur enim hoc medicamen etiam in cod. V. Ecce monstrosa compositio.

Inter „feniculi semen" et „cymini Thebaici" positum est „gummini unci" (pro „gummini" praeferam „gumminis" conf. Pallad. 12, 7, 15. Post „piperis nigri" legitur „(— blis faci herbaque e salvia uncia)" = elelisphaci herbae, quae est salvia, uncia una.

Sequuntur haec:

„cassie uncia /" = cassiae.

„bonia desidis hoc e barba iovis unc /".

Quid esset „bonia desidis" exquirere non potui.

„rape semen unc/" = rapae.

„cupatori unc/" = eupatorii.

„euciu radices hoc est . . ." = aizou = ἀειζώου?

„causella uncia" = maurellae? (sic medio aevo dicebatur, nunc scrophalaria nodosa nominatur).

„ciperu semuncia" = cyperi.

„trifolii semuncia."

„ amomi semuncia."

„serpullu semuncia" = serpulli.

„ğenciana semuncia" = gentianae.
„aristolocie uncia / = aristolociae (Sic etiam in Plin-Medicina ed. V. Rose scriptum est).
„rutae agrestis unc̃."
„eruce seme unc̃ /" = erucae semen.
„cāne radice unc /̃" = cannae radices.
„agrimmonie radix semuncia" = agrimoniae draconteae unc̃ /."

„mellis Attici, quantum sufficit. Haec omnia contunduntur in unum et in pulverem mollissimum (cod. pulvere mollissimo) redactum reponitur in buxidem aeneam. Accipitur autem in magnitudine abellanae. Hoc qui usus fuerit, incolumis perseverat usque ad difinitionem suam" (cod. difinitionis suae). Ipsa vox „difinitio" interpolatorem posteriorem indicat.

5) Cod. Lat. Voss. E. 13, 53 foliorum. Hic codex, qui et ipse in bibliotheca Lugd. servatur, praeter alia in foliis 4, 2 — fol. 14 libellum de herba vettonica et Pseudo-Apulei herbarium usque ad caput XXIII editionis vulgatae continet. Ultima verba sunt „ciatum unum axungia vetere."

Figurae plantarum ante coloribus adumbratae evanuerunt, restant effigies penna expressae. Ex eis poligoni et pentafili imaginis solae imaginibus codicis vetustioris L. similes sunt. Ante diximus lectiones huius codicis ad editionem parandam nullius esse momenti. Confer, sodes, capitis I titulum 4 codicis L. vetustioris et codicis L. recentiores.

L^1	L^2
ad lacrimosos oculos. herbam vettonicam manducet et aciem oculorum meliorem facit.	ad lacrimosos oculos. herbam vettonicam comedat et aciem clariorem facit et lacrimas pellit.

Jam videbis verba temere mutata esse.

Codicibus descriptis iam ad propositum revertamur et de pristina herbarii forma disputemus.

Codices L. et V. et C. his in rebus inter se consentiunt:

1) Singulis capitibus praescriptum est nomen plantae, de qua agitur.

2) Deinde sequuntur herbarum synonyma.

3) Tum saepissime dicitur, quo quaeque herba loco nascatur.

4) Saepe tempus legendi additur.

5) Remedia.

Ad 3 et 4 notandum est non semper illas res loco tertio vel quarto commemoratas, sed interdum remediis adfixas vel in fine capitis adiectas esse. Descriptiones herbarum uberiores, quae in editione vulgata leguntur, desunt. Interdum autem herbae breviter describuntur. Imagines herbarum solis in cod. L. et C. inveniuntur, illic variis coloribus, hic colore fusco pictae. Quaeritur autem, utrum illae partes, quae codicibus L, V, C communes sunt, in archetypo scriptae fuerint necne. Qua in re iudicanda non neglegendum est, in codice vetusto M synonyma non inveniri. Atque ut recte de hac re iudicemus, simul considerare debemus, quid auctor libelli voluerit, quae sit codicum auctoritas, quibus ex fontibus res haustae sint. Cur hunc ordinem disserendi sequar, ex futura disputatione apparebit.

Ac primum quidem quaerendum est, num apud alios scriptores antiquos herbaria commemorentur, unde aliquid conicere liceat. Equidem loco Pliniano, cuius iam Otto Lenz: Botanik der Griechen und Römer pag. 228 mentionem fecit, hanc rem illustrari mihi persuasum est. Legimus enim in Plinii Nat. Hist. lib. 25 § 8 sq. haec: «Praeter hos Graeci auctores prodidere, quos suis locis diximus, ex his Cratevas, Dionysius, Metrodorus ratione blandissima sed qua nihil paene aliud quam difficultas rei intellegatur. pinxere namque effigies herbarum atque ita subscripsere effectus; verum et pictura fallax est coloribus, tam numerosis praesertim in aemulationem naturae, multumque degenerat transcribentium

fors varia. praeterea parum est singulas earum aetates pingi, cum quadripertitis varietatibus anni faciem mutent. Quare ceteri sermone eas tradidere, aliqui ne effigie quidem indicata et nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam satis vitebatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus.» De tribus igitur generibus loquitur herbariorum, quibus remedia tradebantur. Primum genus effigies herbarum pictas praebet subscriptis remediis, ut non sermone herbarum formae exponerentur. In secundo genere imaginibus non pictis verbis herbae describebantur remediis subscriptis. Tertium denique genus neque figuras pictas neque descriptiones sed nomina sola habebat remediis subscriptis. Utrum in hoc genere herbae uno nomine usitato an pluribus synonymis indicatae fuerint, vix discerni potest. Verisimile sane est, nomine proprio significatas fuisse; ob eam rem, quod Plinius addit: «quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus.» Si quis locum Plinianum et herbarium Apulei comparaverit, sine dubio existimabit Plinium tale fere herbarium in animo habuisse, quale hoc est. Sed quaeritur, cui ex illis generibus tribus hoc adscribendum sit. Herbarium editionis vulgatae alterius generis esse videtur synonymis additis. Herbario codicis V repraesentatur tertium genus synonymis adiectis. Codicis Monacensis Apuleius tertii generis est. Herbaria codicum L et C primi generis sunt adscriptis synonymis.

Ac primum nego synonyma, etsi in codice vetustissimo leguntur, a primo libelli auctore scripta fuisse. Vidimus enim supra ab illo libellum in usum communem omnium compositum esse. Quid autem hominibus herbariae inperitis prodest herbarum nomina Aegyptiorum vel Dacorum scire? In codice vetusto M synonyma desunt. In eo enim initia harum herbarum tradita sunt: III Incipit quinquefolium. Ad vitia articulorum etc.

LXVI. Nomen herbae bryoniae. Ad splenem. LXXV. Incipit nomen herbae senecionis. Ad vulnus etc. Haec capita leguntur etiam in codice L. ubi multa synonyma adiecta sunt.

In codicis M capitibus LXXVI, LXXVIII, LXXIX, LXXXVIII synonyma non leguntur. In cap. XCVII ne illud quidem «incipit nomen herbae pulei» scriptum est, sed legitur «CCVIII caput ne ab aestu concalescat.» Contra mirum est, quod in capite CXXV eadem herbae descriptio invenitur, quae in editione vulgata legitur. Hoc certe apparet in codice M., synonyma scripta non fuisse. Etiam synonyma, quae in codice L. exstant, a posteriore interpolatore adiecta esse ex eo intellegitur, quod ex ipso sermone Graeco transcripta sunt, ut supra demonstravimus. Si primus auctor libelli haec synonyma addidisset, certe munere suo melius functus esset. Scatent enim erroribus. Accedit, quod multa, quae in synonymis leguntur, mihi quidem adiectiva, non nomina esse videntur. Velut cap. IX. inter herbae batrachii synonyma invenitur «staltice» et «caustice», quae voces sine dubio vires herbae, non nomina significant. Exempla eiusmodi multa nobis occurrunt. Sed non modo illa synonyma, sed etiam nomina singulis capitibus praefixa ab interpolatore adiecta esse puto. In omnibus quidem codicibus leguntur, sed varia ratione scribuntur. Scriptor codicis M ita scribere solet: «Incipit nomen herbae N. N.» In codicibus L et V praescribitur: «Herba N. N.» In cod. C scribitur: «Nomen herbae N. N.» In codice M numeros quoque alium ordinem sequi supra diximus. Nonne tibi mirum videtur, quod codices in hac tam simplici re non inter se conveniunt? Accedit aliud, cur illa nomina praefixa subdita esse existimen. Iam legas velim. In codicis L. Cap. II. legimus: «Herba Arnoglossa ad capitis dolorem. herbae plantaginis etc. sic in reliquis remediis. Cap. III Herba «Pentaphyllon», in singulis remediis «quinquefolium.» Contra Codex M praebet: «Incipit herba «quinquefolium» Cap. IV. «Hierabotane», in remediis «verbenaca». Cap. V. «Hyoscyamos», in remediis «symphoniaca». Cap. VII «Acorum», in remediis «herba venerea». Cap. VIII. «Leontopodium», in remediis «pedis leonis». Cap. IX. «Batrachion», in remediis «herba scelerata». Cap. XVI. «Satyrion». in remediis «priapiscus». Item in cap. XVIII,

XIX, LL, in remediis alia nomina usurpantur atque in initiis capitum. Meyerus C. c. II. 321 dicit: „Jedes Kapitel ist mit dem gewöhnlichen Namen einer Pflanze überschrieben." Sed auctorem alia nomina praescripsisse, alia in remediis ipsis adhibuisse, equidem verisimile esse nego. Itaque dubium non est, quin et illa nomina praescripta ab interpolatore addita sint et synonyma. Iam quaeritur, quo ex fonte illa synonyma hausta sint. Ackermannus quidem primum ex Dioscoride sumpta esse censuit, deinde sententia mutata Dioscoridis synonyma ex Apulei herbario repetita esse dixit. Sed utraque sententia facile refelli potest. Videmus enim synonyma, quae in capite IX editionis vulgatae et codicis L leguntur, apud Dioscoridem scripta non esse, unde apparet fieri non potuisse, ut ex hoc transcriberentur, nisi forte quis putat Apuleium ex Dioscoridis codice hausisse, qui illa quoque synonyma praebuerat. Neque praetermittendum est, saepissime alterum plura nomina adferre quam alterum. Dioscoridem vero non ex Apuleio nomina repetisse non modo ex aetate utriusque sed etiam ex eo intellegitur, quod synonyma Apulei ex sermone Graeco transcripta esse supra diximus. Itaque dubium non est, quin et Dioscorides atque adeo eius interpolator et interpolator Apulei eandem secuti sint auctoritatem. Quod saepe multum inter se discrepant, conicere licet interpolatores munere suo non pari diligentia functos esse aut fieri potuisse, ut fons ipse, quem uterque adiit, corruptelis aut additamentis depravatus esset. Iam Val. Rose in Herm. tom. 8 1874 pag. 38 dixit: Diese alphabetische Umarbeitung vom griechischen Text des Dioskorides hat aus derselben auch dem Apuleius (rectius dixisset dem Interpolator des Apuleius) dienenden Quelle ihre bekannte Liste der Pflanzennamen gezogen. Gravissimum argumentum huius rei, quae per se ipsa levissima esse videtur, adferre possum. Nam et apud Apuleium et apud Dioscoridem herbarum synonyma saepissime casu nominativo proponuntur, quamquam nominativus subiectivus («alii» οἱ δέ) et verbum («dicunt« «καλοῦσι») antecedit.

Cum igitur in codicibus vetustissimis descriptiones her-

barum desint, synonyma autem et nomina praefixa subditicia sint, restat, ut herbarium Apulei primo generum a Plinio l. c. commemoratorum adscribamus. Quodsi in codice M herbarum effigies non pictae sunt, librarius difficultate pingendi illas addere prohibitus est. Posteriores imagines sermone indicandas esse putarunt. Rei herbariae autem studiosus aliquis, qui magis suam disciplinam quam quid auctor libelli voluisset, respexit, synonyma addidit. Illas effigies autem in codice archetypo pictas fuisse, certo argumento colligi potest. Inspicias velim utramque effigiem herbae griadis (in cap. LI) quarum alteram ex codice L, alteram ex codice C ut potui, in fine huius libelli transcripsi. Qua in re notandum est, effigiem codicis L non pristinam, sed alia manu renovatam esse, ut figura codicis C magis naturae accedat quam imago codicis L. Cum autem codex C ob id ipsum, quod meliorem effigiem praebet quam vetustior codex L, non ex codice L describi potuerit, luce clarius est, utrumque codicem ex fonte haustum esse, in quo illa effigies picta erat. Atque hanc sententiam probes spectata effigie, quam ad caput XXVI adfixi. Invenitur enim in codice L et C figura serpentis nomine «Lysis» subscripto.

II. De fontibus herbarii.

Postquam cuius generis fuisset herbarium exposuimus, iam ad rem difficillimam adgrediamur, quae tota in coniecturis posita est. Quaeritur enim, quo ex fonte auctor libelli hauserit.

Atque in libello ipso praeter Homerum, qui in parte subditicia capitis XLIX citatur, nullius certi auctoris mentio facta est. Auctores quidem laudantur incerti nominibus non adscriptis. Velut in cap. IV. 8 certus auctor adfirmat, XXXVIII. 1. eius herbae experimentum autores plures adfirmant. LXXI, 2 autores adfirmant. Ex his autem verbis nihil certi conicere possumus, praesertim cum saepe dubium sit, utrum illa verba libelli auctoris sint an ab alio, qui remedia cum bono eventu adhibuerat, adiecta sint. Illud «plures autores» autem, si primus auctor scripsit, ne id quidem indicat, illum plures auctores adscivisse, quippe qui in uno libro illos invenire potuerit.

Si ad locum Plinianum, quem supra laudavimus, redimus, de Dionysio et Metrodoro ibi commemoratis nihil certi habemus, unde de fonte Apulei conicere quidquam possimus. De Cratera plura tradita sunt. Meyerus in l. c. pag. 250 bis 58 de hoc agit. Fuit autem aetate Mithridatis. Praeter ea, quae Plinius dicit, imprimis ea, quae Dioscorides de illo protulit, respicienda sunt. Legimus autem in praefationis pag. 2 haec: «*Κρατεύας δὲ ὁ ῥιζοτόμος καὶ Ἀνδρέας ὁ ἰατρός, οὗτοι γὰρ δοκοῦσιν ἀκριβέστερον τῶν λοιπῶν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνεστράφθαι, πολλὰς ῥίζας εὐχρηστοτάτας καί τινας βοτάνας ἀπαρασημειώτους εἴασαν.*» Meyerus in pag. 251 de his verbis haec dicit: „Sie haben, wenn ich recht verstehe, nicht alle (scil. Pflanzen) gehörig beschrieben. Hätten sie gar keine Beschreibungen geliefert, so hätte er sie von den beiden vorgenannten (scil. Iolas aus Bithynien

und Herakleides aus Tarent) nicht so, wie er that, unterscheiden können. Von Abbildungen sagt er gar nichts; waren vielleicht nicht alle Exemplare des Krateuas damit versehen?"

Sed *ἀπαρασημειώτους,* si recte video, non significat „nicht gehörig beschrieben," sed „nicht bezeichnet," id est quasdam herbas omnino non descripsere. Herbas vero ab illo descriptas esse non coniectura sed certo argumento demonstrari potest. Leguntur et apud Plinium et apud Dioscoridem herbae descriptiones. In Diosc. pag. 271 haec legimus: „*Κρατεύας δὲ ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ οὕτω πόα* (scil. *Σίον*) *θαμνοειδής, ὀλίγα φύλλα ἔχουσα, περιφερῆ, μείζονα ἡδυόσμου, μέλανα, λιπαρά, παρεγγύζοντα εὐζώμῳ.* In Plin. lib. 22 § 75 haec leguntur: «Cratevas tertium quoque genus tradidit longioribus foliis et hirsutioribus, odore cupressi, nasci sub hedera, maxime prodesse opisthotonis, contractionibus nervorum tribus obolis in sextarium aquae.» Etiam Galenus De antidot. 1 p. 7 dicit, descriptiones plantarum in Crateva obvias sine aspectu intellegi non posse. Ex locis adlatis apparet Cratevam plantas etiam sermone tradidisse. Quid igitur de loco Pliniano (25. 8) statuendum est? Quem si legeris, haud neges illum dicere a Crateva plantas non esse descriptas. Nam ex eo, quod dicit «quare ceteri sermone eas tradidere» sequitur, in Cratevae libro vel libris descriptiones defuisse. Ipse autem et Dioscorides, hac in re haud spernendus auctor, descriptionem ex Crateva adtulit. Quid de fide Pliniana existimemus? An a Crateva plures libros scriptos esse putamus? At neque Plinius neque Dioscorides plurium librorum illius mentionem facit, etsi nihil certum dicunt, quo ea opinio prorsus refutetur. Restat, ut suspicemur, Plinium ea, quae de Crateva dicit et ea quae ex scriptis eius excerpsit, non ex ipso auctore sed ex aliorum libris, qui illum secuti erant, hausisse. Quod a Dioscoride imaginum pictarum mentio non facta est, opinionem Meyeri, qui non omnes libros imaginibus illustratos fuisse putat, probo, quod idem in Apulei herbario factum esse supra vidimus. Iam quaeritur, utrum Apuleius Cratevam secutus sit necne. Atque hac in re loci, quibus de Crateva agitur, inspiciendi sunt.

Plin. 20. 63. «Cratevas eum (scil. sucum lactucae) et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari iubet.» Hoc remedium apud Apuleium non legitur. Plin. 24, 167. «adiecit his Cratevas oenotherin, cuius adspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur.»

Diosc. IV. 116. de onagra dicit: *„Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἀπόβρεγμα τῆς ῥίζης ὑπὸ τῶν ἀγρίων ζώων πινόμενον ἡμεροῦν αὐτά.“*

Theophr. hist. plant. IX, 19, 1 *ἡ δὲ τοῦ ὀνοθήρα ῥίζα ποθεῖσα ἐν οἴνῳ πρᾳότερον καὶ ἱλαρώτερον ποιεῖ τὸ ἦθος.* A tribus auctoribus de eadem planta agitur. Quodsi Plinius eadem refert, quae apud Cratevam scripta erant, hunc magis superstitiosum quam doctum in disciplina sua fuisse conicere licet. Plin 25, 62. «Ipsi Mithridati Cratevas adscripsit unam, — Mithridatiam vocatam — huic folia duo a radice acantho similia, caulis inter utraque sustinens roseum florem.» Ecce altera Cratevae descriptio, quam sine dubio Plinius hic rescripsit. Plin. in 19, 165 et 22, 75, quem locum supra tractavimus, nihil profert, quod ad Apuleium pertineat. Aliis locis Plinii nobis Cratevae nomen non occurrit. Sed ex ea re non licet conicere, Plinium ex Crateva nihil aliud mutuatum esse. Neque enim semper nomen auctoris ab eo adscriptum esse verisimile est. Id de Plinio conicere licet, de Dioscoride certo argumento demonstrari potest. Remedium enim, quod Plinius in lib. 20, 63 Cratevae esse dicit, idem in Dioscoridis l. II, 165 nobis occurrit: *καθαίρει δὲ μετ' ὀξυκράτου ποθεὶς ὁ ὀπὸς δυοῖν ὀβολῶν ὁλκῇ ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν.* Hoc remedium Dioscorides sine dubio ex Crateva repetivit, nomen auctoris neglexit. Unde conicere licet et Dioscoridem et Plinium multa ex Cratevae scriptis excerpsisse nomine auctoris praetermisso, praesertim si ea, quae apud Cratevam invenerant, cum aliis scriptoribus consentiebant. Crediderim igitur Apuleium quoque multa, quae aut cum Plinio aut cum Dioscoride conveniunt, ex versione latina Cratevae repetisse. Velim haec conferas: Dioscorides dicit in lib. III, 6 *„μετὰ δὲ κυπείρου καὶ δρακοντίου σπέρματος καὶ μέλιτος τοῖς ἐν ῥινὶ καρκινώμασι*

βοηθεῖ (scil. ἀριστολόχια τρίτη). Καὶ Κρατεύας ὁ ῥιζοτομικὸς καὶ Γάλλος τὰ αὐτὰ περὶ αὐτῆς εἰρήκασιν." Apul. in XX, 7: »Ad cancrinomata, quae in naribus nascuntur. Herba aristolochia cum cypero et draconteae semen cum melle inpositum emendat.«

Locus Dioscoridis sane subditus est, sed nihilo minus aliquid momenti praebet ad rem illustrandam. Videmus enim, Dioscoridis interpolatorem, Cratevam, Gallum, Apuleium eadem praebuisse. Illa verba »καὶ Κρατεύας — εἰρήκασι» a lectore additamenti antecedentis adscripta esse mihi quidem verisimile videtur. Atque fieri potuit, ut interpolator ex Crateva illud remedium sumeret auctoris nomine non adscripto. Quod remedium cum alter legisset, in mentem ei venit, se idem apud Cratevam legisse et illam notam »καὶ Κρατεύας — εἰρήκασι» adiecit. Videatur sane haec sententia tibi haud probabilis, hoc quidem certum habemus, apud Apuleium idem remedium inveniri, quod apud Cratevam scriptum fuit, unde, cum tota ratio Apulei cum ratione Cratevae a Plinio tradita consentiat, crediderim, alia quoque Apulei ex Crateva repetita esse, etsi non ex ipso auctore, id quod paula infra videbimus. Sed interroget aliquis, cur non cum eis consentiam, qui herbarium ex locis Plinii et Dioscoridis conflatum esse dicunt. Meyerus in II, pag. 325 Thomam Johnsonium dicentem, Byzantinum fuisse herbarii auctorem et libellum eius Graece conscriptum postea in sermonem latinum translatum esse, in errore versari et aliis et his argumentis demonstrare conatur 1) das Nichtvorkommen des Wortes, worin Johnson sein ὁμοίως zu erkennen glaubte, in allen unseren aus so verschiedenen Handschriften hervorgegangenen Ausgaben. 2) Das afrikanische Latein, 3) die häufige Benutzung des Plinius 4) die meist wörtliche Uebereinstimmung der von Plinius entlehnten Stellen, die sich bei einer Rückübersetzung nur durch ein Wunder aufklären ließe. Johnsonii sententia mihi minime quidem placet, sed argumenta Meyeri non probem.

ad 1) Illa vox omoeos (semel legitur amoeos) nunquam in codice L, saepissime in cod. V a capite I usque ad caput

LXXVIII invenitur, unde nescio quo pacto non iam scribitur. Johnsonio assentior, qui eam voce ὁμοίως interpretatur. Sed cum et synonyma a posteriore addita sint et illud «omoeos» in codicibus vetustissimis omnino non inveniatur, ad rem diiudicandam illa vox sine ullo momento est.

ad 2) In partibus genuinis libelli sinceritatem sermonis non ita corruptam esse et ea, quae a sermone Latino abhorrent, magis cum sermone Graeco convenire demonstrari potest. In partibus subditis sane plura occurrunt nobis, quae sincero sermoni Latino non respondeant, sed quid haec ad auctorem pertinent?

ad 3 et 4) Priusquam de singulis rebus disputemus, haec monenda sunt. Si quis herbarium et Plinium leviter attigerit, plurimi loci ad verbum inter se congruere videbuntur, sed si accuratius inspexeris, numerum eorum locorum multo minorem esse iudicabis. Multa remedia Plinii et Apulei, quae, si totam sententiam spectes, inter se conveniunt, singulis differentiis quibusdam discernuntur. Saepissime remedia nobis occurrunt, quae aut Apuleius aut Plinius magis exornavit. In plurimis locis, quibus de eisdem rebus ab utroque agitur, minime necessarium est, Plinium herbarii fontem fuisse. Ne in illis quidem locis, qui paene ad verbum inter se conveniunt, ab herbario «omnium compilatorem ineptissum» excerptum esse sine dubitatione dixerim. Quid enim? Plinium et Dioscoridem plurimis in rebus inter se consentire nemo non videt. Nihilo minus homines docti recte mihi existimare videntur. neque hunc ab illo neque illum ab hoc excerptum esse, sed utrumque eundem fontem adisse. Non negem, si aetatis auctorum rationem habemus, fieri potuisse, ut Apuleius Plinium excerperet. Sed eum, qui imitatur, rationem certam imitandi adhibere puto. Nunc autem utrumque auctorem accurate inspicientes in remedia incident, quae a Plinio laudibus efferuntur, ab herbario plane negleguntur; et multa, quae herbarius vel maxime laudat, ab illo omnino non traduntur.

Sed iam ad singulas res exponondas adgrediamur.

I. a. Conferuntur eae partes Plinii et Apulei, quae

easdem fere res, non eadem verba continent. Adscribuntur remedia Dioscoridis, si eadem exhibent.

Apul.	Plin.
I. 11, ad iocineris dolorem. herbae vettonicae drachmas tres, aquae calidae cyathos tres bibat.	26, 35. iocineri - bibitur vettonica drachma una in aquae calidae cyathis tribus.
I. 17. ad alvum concitandum. h. vettonicae drachmas quattuor, hydromelitos cyathos octo. bibendum dato, ventrem movet.	26, 54. Vettonica alvom solvit drachmis quattuor in hydromelitos cyathis novem.

Diosc. IV. 1 *κοιλίαν δὲ* <*δ′ καθαίρουσι ποθεῖσαι μεθ᾽ ὑδρομέλιτος κυάθων δέκα.*

I. 43. Ad serpentium morsus. Vettonicae drachmas tres in vini heminis tribus dilutas potui dato, omnium serpentium morsus sanat.	25, 101. datur ad ictus semen eius denarii pondere cum tribus cyathis vini.

Diosc. IV. 1 *θηριοδήκτοις δὲ ὁλκαὶ γ′ μετ᾽ οἴνου κοτυλῶν β′.*

II. 4. ad dysentericos. h. plantaginem cum lenticula coquito et da manducare, stringet ventrem.	26, 44. alvum sistit plantago cum lenticula corta.
II. 13. ad podagram et omnium nervorum dolorem vel tumorem. h. plantaginis folia contusa cum sale modico et pisata optime facere certum est.	26, 101. utrique (scil. podagrae) convenit — plantaginis folia addito sale modico.
II. 21. ad ulcera oris. herbae plantaginis sucus in	25, 175. Oris ulcera intus sucus plantaginis emendat et

Apul.	Plin.
ore teneatur vel folia eius commanducentur.	folia radicesque commanducatae.

Diosc. II. 152 ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων τὰ ἐν στόματι ἕλκη ἀνακαθαίρει συνεχῶς διακλυζόμενος.

II. 22. Ad fistulas sanandas. h. plantaginis sucus fistulis infunditur et medetur eisdem.	26. 126. auxilio est (sc. fistulis) plantaginis sucus infusus.

Diosc. IV. 152 σύρριγγάς τε ἐγκλυζόμενος ὠφελεῖ.

II. 24. Adversus vesicae difficultates. Herbae plantaginis folia vel radices potae ex passo fortiter medentur.	26. 78. Vesciae malis auxilio est plantago foliis vel radice potis ex passo.

Diosc. IV. 152 πρὸς δὲ τὰ ἐν κύστει ἕλκη καὶ νεφροῖς δίδοται ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα μετὰ γλυκέος.

III. 5. Ad sanguinem de naribus nimis profluentem. Sucus quinquefolii potus vel inlitus restringit sanguinem mire.	26. 131. Item Lysimachia pota vel inlita vel naribus indita, quinquefolium potum et inlitum.

Diosc. IV. 42 καὶ αἱμορραγίας ἵστησι πινόμενον καὶ καταπλασσόμενον.

III. 6. Ad anginae remedium. herbae quinquefolii sucus cyathis tribus potui datur, miraberis.	26. 23. Anginae medetur sucus de quinquefolio potus cyathis tribus.
XX. 5. Contra serpentium morsus et hominum. h. aristolochiae pondus denarii unius vini hemina saepius bibitur, discutit venenum.	25. 101. aristolochia radicis drachma in vini hemina sed saepius bibenda.

Diosc. III. 6 πρὸς δὲ ἑρπετὰ καὶ θανάσιμα ἡ μακρὰ ὁλκὴ πινομένη μετ᾽ οἴνου καταπλαττομένη.

Apul.	Plin.
XXI. 2. Ad capitis vitia vel porrigines. h. nasturcii semen mixtum cum adipe anserina tritum calvitionem cohibet et furfures ex capite eiciet.	20. 130. Sextius adicit porriginem et ulcera capitis cum adipe anserino.
Ibid. 4. Ad strumas h. nasturcium cum lumento tritum super strumas inponis cum folio oleris.	20. 127. strumis cum lomento inlitum opertumque brassica praeclare medetur.
Ibid. 5. Ad furunculos sanandos herba nasturcium cum fermento inponitur, concoctum mire sanat.	20. 129. furunculos concoquit cum fermento.
XXXII. 8. Ad splenis dolorem. herba argimonia in cibo sumta splenem consumet.	26. 76. Argemonia septem diebus in cibo sumpta lienem consumere dicitur.
XL. 1. Ad dysentericos. Herba equiseta ex vino dulci cyathis duobus potui data dysenteriam sanare creditur.	26, 134. medetur dysentericis in vino dulci potus cyathis tribus.
XLIII. 1. Ad hydropicos. Herba bulbus scilliticus circumpagatur et medium eius in aqua coquitur. Cum malidum fuerit, eximito ex eo tres obulos; dantur potui ex melle et aceto, evacuatur per urinam.	20, 100. tosta quoque purgatur et medium eius iterum in aqua coquitur. usus sic coctae ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae.

NB. Res, non verba inter se conveniunt.

Ibid. 4. Item hydropicis ad extingendam sitim. herbae scillae folium subiectum sub linguam sitim conpescit.	20, 99. linguae quoque recens subiecta praestat, ne hydropici sitiant.

Apul.	Plin.
LXIV. Ad scorpionum et serpentium morsus. h. solago maior sicca in pulverem mollissimum redacta in vino potui datur et ipsa contusa plagae inponitur.	22, 58. Genera (scil. heliotropii) duo: tricoccum et helioscopium; hoc altius et serpentibus et scorpionibus resistit ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apololdorus tradunt.

NB. Vox «solago» a Plinio nusquam usurpatur.

LXVII. 1. Ad dysentericos. herba nymphaea cum semine in vino trita, potui data mire facit.	26, 24. Sistit alvom nymphaea Heracliae semen cum vino potum.

Remediis Apulei et Plinii easdem res continere apparet, sed non omnia inter se consentiunt. Oratio autem in his remediis breviter adumbratis tam concisa est, ut ex ea non liceat conicere ab Apuleio Plinium excerptum esse, praesertim cum verba saepe inter se differant.

I. b. Remedia, quae ab Apuleio magis exornata traduntur quam a Plinio. Non videtur necessarium omnes locos componere. Itaque eos tantum adponam, in quibus etiam Dioscoridis remedia breviora sunt quam Apulei.

Apul.	Plin.
I. 13. Ad renum dolorem. herbae vettonicae drachmas duas ex mulso, cyathis duobus cum biberit, sanus erit.	26, 38. renibus prodest —vettonicae potae. Diosc. IV. 1 *νεφριτικοῖς δίδοται μεθ' ὕδατος.*
Ibid. 23. Ad vesicae dolorem. herbae vettonicae drachmas quattuor, appi radices drachmas tres decoque.	26, 78. vesicae malis contraque calculos-auxilio est vettonica. Diosc. IV. 1 *δίδοται καὶ κύστιν ἀλγοῦσιν.*

Apul.	Plin.
Appi radices in sextario aquae ad medias cum decoctae fuerint, vettonicam ipsam permiscebis et dabis bibere, in perpetuum sanat.	
XXVI. 3. Ad hydropicos. herba chamaeleon et chamaedaphne et chamaedrys aequis ponderibus tunsa et mollissime cibrata si in portione vini mixta, iuvenibus cocliaria quinque, minoribus vel mulieribus cocliaria tria, pueris cocliarium unum dederis, mirifice aquam omnem per urinam digerit.	22, 46. Ex his candidus hydropicos sanat suco radicis decoctae. Diosc. III. 8. *Χαμαιλέων λευκὸς ὑδρωπικοῖς ἐπιτηδείως δίδοται ὁλκὴ σὺν οἴνῳ.*
XLI. 1. Ad vesicae dolorem. herbam malvam erraticam cum totis radicibus suis libram pensatam, hanc libram in aquae congio decoctam ad dimidias per triduum sitienti dato bibere: continuo sanabitur.	20. 228. prodest et vesicae doloribus. Diosc. II. 144. *καὶ κύστει ὠφέλιμος.*

Alia eiusmodi remedia haec sunt: I. 10 = Plin 26, 32; I. 15 = Plin. 26, 105; I. 16 = Plin. 26, 74. I. 46 = Plin. 26, 104; I. 20, 21, 22 tria remedia in Plin. unum invenitur. Confer I. 28, 29, 33, 34, 39, 40; III. 1; IV. 3, 8; XII. 1; XX. 4; XXII. 1; XXV. 1; XXV. 3; XLI. 1. Remedia ante conlata non e Plinio excerpta esse apparet.

II. Remedia Apulei, quae a remediis Plinianis plane diversa sunt:

I. 24. Ad calculos. herbae vettonicae drachmas tres ex aceto scillitico et mellis	26. 78. ad calculos quidam vettonicam et verbenacam et millefolium aequis

Apul.	Plin.
unciam unam et aquae calidae cyathos novem bibat.	portionibus ex aqua pro singulari remedio bibere suadent.
II. 3. Ad dolorem interiorum. herbae plantaginis sucus potui datur et interiora sanat et thoracem hominis purgat.	26. 74. interaneorum vitiis occurrit plantago mane sumpta duabus lingulis et tertia papaveris in vini cyathis quattuor non veteris.
IV. 7. Ad serpentium morsus. herbam verbenacam cum suis radicibus quisquis occultam incinctamque secum portaverit, ab omnibus serpentibus erit tutus.	25. 107. adversus serpentis conteritur ex vino.
Ibid. 12. Ad ictericos. herbae verbenacae drachma una et nardi oboli tres, bacae crudae et foliorum expressus sucus et paululum myrrhae contritae ex aqua cyathis tribus potui data expellere morbum creditur.	26. 123. item (scil. expugnatur morbus regius) verbenacae folio obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo.

LXI. 1 Eadem herba ab Apuleio et Dioscoride ad profluvium mulieris restringendum, a Plinio ad menses evocandos commendatur.

LXII. 1. Ad ventrem solvendum. herbam leporis pedem siccam in pulverem redactam dato in potionem in vino; si febricitat, in aqua calida: mox ventrem solvet.	26. 53. Lagopus sistit alvom e vino pota aut in febri ex aqua.

Diosc. IV. 17. *δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν κοιλίας πινόμενος μετ᾽ οἴνου, ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσσόντων μεθ᾽ ὕδατος.*

Confer hos locos: V. 3; XVI. 3; XVII. 1; XVIII. 1;

XIX. 4. 7; XXXVII. 3; XLVI. 2; LXX. 1; (ubi Plinii verba adscripta sunt).

Remedia, quae ante scripsi, non ex Plinio sumpta esse, nemo neget.

III. Remedia, quae cum remediis apud Plinium scriptis consentiunt et ex eo repetita esse videntur.

Apul.	Plin.
XXX. 7. Ad anginam [quam Graeci synanchen vocant] herbae brittanicae flos antequam tonitruum audiat, devoratus per annum totum anginam non experietur.	25. 21. florem vibones vocant, qui collectus priusquam tonitrua audiantur, et devoratus securos in totum annum a metu anginae praestat.

Apuleius multo melius remedium praebet. Equidem nescio, quo modo quis florem colligat, antequam tonitrua audiantur, sed si eum secum portaverit, facile devorare potest, ut Apuleius vult. Deinde magis placet «anginam non experietur» quam «praestat a metu anginae.»

XXXV. 5. Ad vulnera recentia. herba centauria efficax est ad plagas glutinandas, ut etiam carnes cohaereant. Itemque ex aqua decoquitur, inde fomentatur vulnus.	25. 67. vis in vulneribus tanta est, ut cohaerescere etiam carnes tradant, si coquantur simul.

Diosc. III. 6. *ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ὑγρὰ μὲν κοπεῖσα, ξηρὰ δὲ προβραχεῖσα καὶ οὕτω κοπεῖσα· συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ, καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ.*

Quae Dioscorides habet, rectam sententiam praebent. Verba Apulei et Plinii autem mira videntur. Illa particula «ut» consecutiva prorsus inepta est. Ceterum Apulei verba non ita cum Plinio consentiunt, ut necesse sit hunc ab illo excerptum esse; immo malim statuere utrumque ex uno fonte hausisse.

Apul.

XLII. 1. Ad tertianas sive quartanas. herbam linguam bovis, quae tres thyrsos seminis mittit, eius radicem totam ex aqua decoque potui dato: remediat. Quae autem quattuor thyrsos habet, faciet ad quartanas; dabis ut supra. Alia item herba similis est ei, quae folia lapathi fert minuta; eius radix pota ranis et serpentibus adversatur. Nascitur mense Julio.

Plin.

25. 81. aiunt quae (scil. cynoglossos) tres thyrsos mittat eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse, quae quattuor ad quartanas. Est et alia similis ei, quae fert lappas minutas. eius radix pota ranis et serpentibus adversatur.

Conf. Diosc. IV. 126 in spuria parte: «*Συνάγεται δὲ ἐν Ἰουλλίῳ μηνί. Φασὶ δὲ πρὸς ῥίγη λυσιτελεῖν· πρὸς μὲν τριταῖον, τοῦ ἔχοντος βουγλώσσου γ' καυλοὺς ὅλην ἀποτριτώσας μετὰ τῶν ῥιζῶν καὶ τοῦ σπέρματος τὴν βοτάνην δίδου πιεῖν, τοῦ δὲ τέσσαρας ἔχοντος τῷ τεταρταΐζοντι.*

Si quis locum Apulei et Plinii legerit, sine dubio adducetur, ut credat hunc ab illo excerptum esse. Si quis autem verba, quae in spuria parte Dioscoridis leguntur, perpenderit ab hac opinione recedet. Videmus enim et Apuleium et interpolatorem Dioscoridis in fonte, ex quo hauserunt, ea, quae proponunt, non de herba cynoglosso sed de buglosso dici invenisse. In illo fonte scripta quoque erant verba «nascitur mense Julio,» quae Plinius non habet. Ex hoc igitur loco apparet, et Plinium et Apuleium et interpolatorem Dioscoridis eundem auctorem secutos esse.

XLVII. 2. ad capitis fracturam. herba xiphion, superior pars eius trita sicca aequis ponderibus mixta vino capitis ossa fracta extrahit, aut si

25. 138. superior pars eius cum ture trita aequo pondere admixto vino ossa fracta capite extrahit aut quidquid in corpore supparat

Apul.	Plin.
quid in corpore suppuratum vel si pedibus calcata sint ossa; serpentis eadem contra venenum efficax est.	vel si calcata sint ossa; serpentis eadem contra venena efficax.

Sic, ut feci, et Plinii verba et Apulei interpungenda esse, non «ossa serpentis», scribendum equidem pro certo habeam. Cum ture Plinius ex fonte suo hausit, Apuleius, qui eundem fontem adiit, neglexit, contra „pedibus" ille neglexit, hic ex fonte transcripsit.

XLIX. (Herba Immolum) Clarissima herbarum est Homero testante; et inventiones eius Mercurio adsignat contritaequa eius suci beneficio demonstrat. Radicem habet rotundam nigramque in magnitudine caepae.	25. 26. Clarissima herbarum est Homero teste quam vocari a dis putat moly et inventionem eius Mercurio adsignat contraque summa veneficia demonstrationem. nasci eam hodie circa Pheneum et in Cyllene Arcadiae tradunt specie illa Homerica, radice rotunda nigraque magnitudine cepae folio scillae, effodi autem difficulter.

Conf. in Theophr. h. pl. IX. 15, 7 haec: τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φενέον καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ· φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ᾧ ὁ Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην προςεμφερῆ κρομύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ· χρῆσθαι δὲ αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας· οὐ μὴν ὀρύττειν γ' εἶναι χαλεπὸν, ὡς Ὅμηρος φησι. Verba Apulei corrupta esse apparet. Similitudo litterarum, quae in codice L. leguntur, et verborum Plinii tanta est, ut aut Plinius aut Apuleius emendandus sit. Cum autem Homerus neque de suco huius plantae, neque de contrita planta loquatur, Apulei verba sic esse mutanda existimo, ut scribatur: «contraque

summa veneficia *) demonstrationem.» Pro «inventiones» scribendum «inventionem» pro «rutundam» scribo «rotundam.» Num Apuleius Plinium secutus est? Cur illa verba «quam vocari a dis putat moly» non scripsit? Cur omisit «nasci eam — Homerica?» Nonne ita res liquebit, si ponemus, illa «quam vocari» a Plinio ipso addita, haec «nasci — Homerica» ex alio fonte ab illo hausta esse? Reliqua, quae et Apuleio et Plinio communia sunt, in fonte, ex quo uterque hausit, scripta erant. Partem, quae cum Theophrasti verbis convenit, ex Graeco fonte sumptam esse apparet. Neque vero necessarium est, ex Theophrasto illa desumpta esse. Nam Theophrastus ipse dicit «φασὶ δ' εἶναι etc.

Apul.	Plin.
LVII. Herba Splenion.... ex Ciliciae et Pisidiae montibus laudant. Nascitur locis aquosis et umectis.	25. 45. locis asperis.... maximeque ex Ciliciae et Pisidiae montibus laudant.

Si Apuleius Plinium secutus est, equidem non intellego, quomodo factum sit, ut in loco, quo herba nascitur, describendo tam vehementer inter se differrent.

LXIV. Inventa paeonia nomen autoris retinet. Nascitur Cretae et Siciliae montibus, quam Homerus sacer autor in libris suis inseruit. Haec in exstremis baculas habet acinorum mali granati magnitudine, quae noctu sic lucent, tamquam lucerna, quod est granum cocci simile. Plurimum a pastoribus invenitur.	25. 29. Vetustissima inventu Paeonia est nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant etc.

*) Confer. „Georg Schepss: die Sprache Priscillians" in „Wölfflins Archiv 1886" pag. 311 ubi commemoratur „beneficia" cum „veneficia" commutatum esse.

Verba, quae in initio descriptionis leguntur, cum Plinii verbis congruunt, cetera prorsus diversa sunt a verbis Plinii. Ex eo loco vel maxime apparet, herbarium non ex Plinio hausisse. An quis putat, illum pauca verba transcripsisse, reliqua, quae Plinius de hac herba dicit, omisisse.

LXV. haec herba admodum columbis est familiaris, unde hoc nomen habet.	Plin. 25. 162. columbis admodum familiaris, unde et nomen.

Utrumque ex eodem fonte eoque Latino hausisse nemo neget.

Apul.	Plin.
LXXIII. 1. a. Si experimentum huius herbae scire volueris, prendas pullos hirundinis insciis parentibus et punges eis oculos de acu et repones eos in nidos, statim vadunt parentes eorum et adferent herbam et restituuntur eis oculi.	Plin. 25. 89. hac enim hirundines oculos pullorum in nido restituunt dantque visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. Conf. Plin. 8. 98.

Plinius hic auctorem eundem excerpsisse, Apuleius ad verbum transcripsisse videtur. Conf. Diosc. II. 211. *τινὲς δὲ ἱστόρησαν, ὡς ἐάν τις τυφλωθῇ τῶν τῆς χελιδόνος νεοσσῶν, αἱ μητέρες προσφέρουσαι τὴν πόαν, ἰῶνται τὴν πήρωσιν αὐτοῦ.* Sprengel adnotavit «Cod. C et Lacuna *ὅτι ἐὰν τυφλώσῃ τις τοὺς τῆς χελιδόνος νεοσσούς.* Insulse profecto.» Sine dubio insulse, sed Apuleius et Plinius eandem praebuerunt sententiam. Confer, quid de ea re iudicet Celsus in lib. VI. 39. «Unde etiam locus fabulae factus est, per parentes id restitui, quod per se sanescit.

Ibid. 1. c. Item caligantibus oculis. Sucus eius vel floris expressus et mixtus cum melle Attico in vase aereo leniter cinere fervente decoctus singulare remedium	25. 90. sucus florentibus exprimitur et in aereo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum.

contra caligines. Quidam suco tantum utuntur.

Diosc. II. 211. *ταύτης ὁ χυλὸς μιγεὶς μέλιτι καὶ ἑψηθεὶς ἐν χαλκῷ ἐπ' ἀνθράκων ἁρμόζει πρὸς ὀξυδορκίαν.*

Et Apuleium et Plinium et Dioscoridem ex eodem fonte hausisse apparet, Apuleium et Plinium ex fonte Latino.

Ut breviter complectar, quae antecedente disputatiuncula demonstrasse mihi videor: Apuleius non ex Plinio hausit, sed uterque ex eodem fonte. Hic fons Graecus Latine versus erat, unde non mirum videatur, quod saepe verba Plinii et Apulei, qui in aliis rebus inter se differunt, inter se congruunt.

Ratione, quae inter Plinium et Apuleium intercedit, exposita iam quaeritur, num sententiam illorum probemus, qui ab Apuleio Dioscoridis libros excerptos esse existimant. Et Ackermannus quidem herbarii auctorem multa ex Dioscoride repetisse putat et Sprengelius, qui in editionis Dioscoridis I. p. XXII dicit: «Incertae aetatis scriptor Apuleius, quem nec cum Madaurensi nec cum Celso illo Centuripino commutaveris, congessit ex Dioscoride et Plinio opusculum de herbarum medicaminibus, quod ad exponenda varia Dioscoridis loca, praesertim ad synonyma barbara facit.»

Quid de Plinio statuendum esset, supra diximus. Synonyma autem non ex Dioscoride sumpta esse, item supra demonstravimus. Restant remedia, de quibus iam disputabimus. Idem monendum est, quod de Plinio disputantes monuimus, multa remedia, quae ab Apuleio laudantur, neque apud Plinium neque apud Dioscoridem legi et multa ab Apuleio vel maxime laudata a Dioscoride leviter attingi et multa a Dioscoride laudibus elata ab Apuleio neglegi. Atque eis remediis, quae Plinio et Apuleio et Dioscoridi communia sunt, supra conlatis, restant:

I. Ea remedia, quae et apud Dioscoridem et apud Apuleium inveniuntur.

Apuleius.	Dioscorides.
Cap. I. haec herba vettonicae nascitur in pratis et in montibus, locis mundis et opacis circa frutices. Animos hominum et corpora custodit in nocturnas ambulationes et loca sancta et busta etiam visos metuendos, et omni rei sancta est.	IV. 2. ἐν ἄλλῳ καὶ ταῦτα. ζητητέον καίτοι, εἰ Διοσκορίδου. Βεττονικὴ γεννᾶται ἐν χορτοκοπείοις καὶ ὀρεινοῖς τόποις καὶ καθαροῖς καὶ ἡμέροις περὶ τὰ γεννήματα. καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ σώματα φυλάττει· νυκτερινὰς ὁδοιπορίας καὶ τόπους ἐπιβλαβεῖς καὶ ὕπνους χαλεποὺς ἀντενεργεῖ· καὶ εἰς

Apuleius.	Dioscorides.
	πᾶσαν ἴσασίν ἐστιν εἰλογημένη.

Utrumque auctorem inter se consentire apparet. Iam quaerendum est, utrum Apuleius Dioscoridem expilaverit necne. Apud Dioscoridem verba praescripta sequitur herbae descriptio, deinde remedium, quod idem in Apulei cap. I, tit. 1 legimus:

ad capitis fracturam. herba vettonica contusa et super capitis ictum posita vulnus mira celeritate glutinatum sanabit, eo quidem efficaci, si tertio quoque die refectam [id est recentiorem] frequentius inposueris, donec sanet. Eius potestas tantam fertur habere virtutem, ut ossa quoque fracta vi sua extrahat. (cod. L.).	D. l. c. ἡ δὲ δύναμις αὐτῆς ἐστιν αὕτη. λειμωθεῖσα γὰρ νεαρὰ καὶ ἐπιτεθεῖσα εἰς τεθραυσμένην κεφαλὴν κατὰ τῆς πληγῆς, ἀνώδυνον ποιεῖ; καὶ τὰ τραύματα κολλᾷ καὶ τὰ τεθλασμένα ὀστᾶ ἐκβάλλει. καὶ τοῦτο ποιεῖ καθ' ἑκάστην ἀλλασσομένη, ἕως θεραπεύσῃ.

Verba uncis inclusa ab interpolatore vel ab interpolatore adscripta esse apparet.

Etiam magis cum Dioscoride consentit lectio editionis vulgatae «ter die refectam» pro «tertio quoque die refectam.» Verba Dioscoridis spuria esse patet. Primum enim Dioscorides in partibus genuinis nomen herbae «οὐεττονική» non «βεττονική» praebet, quamobrem etiam in IV. 2 Βρεττανική ἢ βεττονική delendum est «ἢ βεττονική.»

Deinde quid sibi velit, quaeram, altera herbae descriptio, quae cum antecedente descriptione haud consentit? Sprengelius ad locum, de quo agimus, haec dicit: «Cum et hanc diversam plantam βρεττανικὴν et βεττονικὴν appellari tradat Dioscorides, mirum est, quanta inde apud Plinium et posteros, nimiam ipsi fidem tribuentes, orta sit confusio.» Sed neque Plinius Dioscoridem excerpsit neque Dioscorides genuinus il-

lud «ἡ βεττονική» habuit. Sprengelius opinatur descriptionem Plinianam vettonicae, quae in lib. 25 § 84 legitur, ex capite 1 et 2 lib. IV. Dioscordis sumptam esse. Haec est Plinii descriptio: «exit anguloso caule cubitorum duum e radice spargens folia fere lapathi servata semine purpureo.» Dioscoridis descriptio haec est: «πόα ἐστὶ καυλὸν ἔχουσα λεπτὸν, πήχεως τὸ ὕψος ἢ καὶ μείζονα, τετράγωνον· φύλλα μακρὰ, μαλακὰ, ὅμοια δρυὶ, τὴν περιφέρειαν ἐσχισμένα, εὐώδη μείζονα δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν· ἐπ' ἄκρῳ δὲ τῶν καυλῶν ἔνεστι τὸ σπέρμα ἐσταχυωμένων ὥσπτρ θύμβρας (IV. 1) — πόα ἐστὶν ἔχουσα φύλλα ἐμφερῆ λαπάθῳ ἀγρίῳ μείζονα δὲ καὶ δασύτερα, στύφοντα ἐν τῇ γεύσει.

Si accuratius verba Plinii et Dioscoridis inspexeris, dubitabis dicere descriptionem Plinianam ex duobus illis Dioscoridis capitibus contaminatam esse. Neque enim verba «duum cubitorum» neque «semine purpureo» apud Dioscoridem exstant. Neque Plinius l. c. aut in lib. 25 § 20 dicit, vettonicam etiam brittanicam esse appellatam, quod nomen et ipse Dioscorides non praebuit. Itaque «apud Plinium et posteros, nimiam ipse fidem tribuentes confusio orta» non ex verbis «ἡ βεττονική» oriri potuit.

Quod autem Sprengelius dicit, spuriam partem Diosc. IV. 2 «ex Antonii Musae commentariolo de betonica in nonnullos codices irrepsisse», vehementer erravit.

Primum enim in codicibus vetustissimis et optimis Apulei descriptio herbae scripta non est, unde apparet eam ex illo commentariolo non in Dioscoridem translatam esse. Praeterea extrema additamenti verba «ἀφεψηθεῖσα δὲ μεθ' ὕδατος κεφαλαλγίαν καταντλουμένη καὶ μετὰ ἀσφαλτίου περιχριομένη τοῖς κροτάφοις ἰᾶται ὑποθυμιωμένης αὐτοῖς καὶ τῆς ῥίζης» neque in ullo codice manuscripto Apulei neque in ullo libro typis expresso leguntur. Quae cum ita sint, illa pars spuria Dioscoridis non ex Apuleio sumpta est. Itaque a veritate non recedamus conicientes, utrumque interpolatorem partes, quae utrique communes sunt, ex eodem fonte hausisse.

Apul.

C. XIII. Flosculum eius si contriveris, samsuci odorem habet.

1. Ad stomachi dolorem. Herbam artemisiam cum oleo amygdalino tunsam, bene subactum more malagmae induces panno mundo et inpones, quinto die sanabit.

Diosc.

III. 118. τὸ ἄνθος οὖν αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα τριβόμενα ὀσμὴν ἀποδίδωσι σαμψύχου.

εἰ οὖν τις πονεῖ τὸν στόμαχον καὶ κόψει τὴν βοτάνην ταύτην (ταύτης, quod editio Sprengelii praebet, errore typographi ortum esse videtur). μετὰ ἀμυγδαλίνου ἐλαίου καλῶς, καὶ ποιήσει ὡς μάλαγμα καὶ θήσει ἐπὶ τὸν στόμαχον, θεραπευθήσεται.

Haec quoque pars Dioscoridis subdita est. In capite enim antecedente iam Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος descripta est. Quid igitur altera descriptio, quae in capite 118 legitur, necessaria est?

Ibid. 2. ad nervorum dolorem. Herbae artemisiae suco cum oleo rosacio mixto perunges eos, desinent esse tremuli et omne vitium tolletur.

D. l. c. εἰ δὲ καὶ νεῦρά τις πονεῖ, τὸν χυλὸν ταύτης μετὰ ῥοδίνου ἐλαίου μίξας χρίει, θεραπευθήσεται.

Etiam haec verba Dioscoridis partis spuriae sunt.

Uterque interpolator eundem auctorem secutus est.

In C. XX et Dioscoridis lib. III, 6 in spuria parte eadem synonyma leguntur eodem ordine disposita.

Apul.

Ibidem 4. ad frigore exustos.

herba aristolochia ex oleo cocta calefactoriam vim habet cum axungia porcina.

Diosc.

III. 6. μετ' ἐλαίου δὲ ἢ ὑείου στέατος ἑψηθεῖσα ῥίγη συγχριομένη θεραπεύει. Καὶ Κρατεύας ὁ ῥιζοτομικὸς καὶ Γάλλος τὰ αὐτὰ περὶ αὐτῆς εἰρήκασι.

Haec quoque pars Dioscoridis spuria est. Cum Apuleius et Pseudo-Dioscorides et in remediis et synonymis inter se consentiant, conicere licet in fonte, ex quo uterque hausit, et illa synonyma et remedia scripta fuisse.

Ibid. 7. et Diosc. III. 6 supra pag. 18 tractavimus, ubi vidimus eam partem, de qua agitur, spuriam esse. Fere omnes igitur partes, in quibus Dioscorides cum Apuleio consentit, spurias esse vidimus. Et ea, quae utrique communia sunt, neque Apuleium ex interpolatore Dioscoridis neque hunc ex illo hausisse demonstravimus, nisi forte quis opinatur, Apuleium illas ipsas spurias partes transcripsisse, id quod haud verisimile est. Sunt enim alia verba subdita apud Dioscoridem scripta, quae Apuleius non imitatus est neque transcripsit.

II. Remedia, quae ab Apuleio magis amplificata traduntur quam a Dioscoride.

Praeter ea, quae supra, cum de Plinio agebatur, conscripta sunt, haec memoratu digna videntur:

Apul.	Diosc.
I. 23. Ad vesicae dolorem. herbae vettonicae drachmas quattuor, appi radices drachmas tres decoque. Appi radices in sextario ad medias cum decoctae fuerint, vettonicam ipsam permiscebis et dabis bibere: in perpetuum sanat.	III. 67. *τὸ σέλινον κινεῖ οὖρα ἑφθόντε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον. — τὸ δὲ σπέρμα ἐστὶν οὐρητικώτερον.* IV. 1. *δίδοται* (scil. *οὐεττονικὴ*) — *καὶ κύστιν ἀλγοῦσιν.*
II. 18. Si ulcus secus oculum aut secus nares natum fuerit. herbae plantaginis contusae suco expresso lanam mollem madefactam inponat, per dies novem: sanus fiet.	II. 152. *αἰγίλωπα σὺν ἁλσὶν ἐπιπλασσόμενα ὠφελεῖ.*
VII. 2. Ad duritiam uri-	I. 2. *πινόμενον δὲ ἀφέ-*

Apul.

nae, si quis facere non potuerit et stranguriam patitur.

Herbae veneriae radicem ex aqua decoctam ad tertias dabis bibere per triduum, urinam mirifice deducit et stranguriam sanat.

Diosc.

ψημα αὐτοῦ οὖρα κινεῖ. — ὠφελεῖ καί στραγγουριῶντας.

Similes loci sunt: Ap. VIII, 1 et D IV, 129; Ap. X, 2 et D. II. 206; Ap. XVI. 3 et D. III. 133/4; Ap. XIX, 1 et D. IV. 4; Ap. XX. 1 et D. III. 4; Ap. XXI. 2 et D. II. 184; Ap. XXVI, 3 et D. III. 8; Ap. XXXII, 5 et D. II. 208; Ap. XLI, 1 et D. II. 144; Ap. XLIV, 1 et D. IV. 90; Ap. XLIII, 3 et D. II. 200 alia eiusmodi.

Haec non ex Dioscoride sumpta esse apparet.

III. Remedia Apulei, quae a remediis Dioscoridis prorsus diversa sunt.

Satis sit haec componere:

II. 1. Ad capitis dolorem. herbae plantaginis radix in collo suspensa capitis dolorem tollit.

II. 152. ἔνιοι δὲ καὶ ἐνδέσματι χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδας καὶ διαφοροῦσιν.

Idem igitur remedium ab Apuleio ad capitis dolorem sanandum, a Dioscoride ad strumas sanandas commendatur. Ap. LXII, 1 et D. IV. 17 supra in pag: 26 tractavimus. Idem enim remedium ibi ad res contrarias ab utroque adhibetur.

C. IV. 12. Ad ictericos. herbae verbenacae drachma una et nardi oboli tres, bacae crudae et foliorum expressus sucus et paululum myrrhae contritae ex aqua cyathis tribus potui data expellere morbum creditur.

D. IV. 61. πρὸς δὲ ἴκτερον τὰ φύλλα, ὅσον <ὁλκὴν, μετὰ λιβωνωτοῦ τριωβόλου σὺν οἴνου παλαιοῦ καὶ θερμοῦ κοτύλῃ μιᾷ νήστει ἐφ᾽ ἡμέρας τέσσαρας πινόμενα.

Locos Apulei collatos non ex Dioscoride haustos esse, luce clarius est.

Ut summam eorum, quae de fontibus dixi, proponam: haec demonstrasse mihi videor.

1) Neque Plinius neque Dioscorides vel interpolator Dioscoridis auctor est, quem Pseudo-Apuleius secutus est.

2) Dioscoridis interpolator non ex herbario Apulei hausit.

3) Similitudo, qnae nonnullis locis inter Plinium et Apuleium intercedit, in eo posita est, quod uterque auctor eundem scriptorem latinum excerpsit.

4) Scriptor latinus, quem Plinius et Apuleius excerpserunt, fontibus Graecis usus est.

5) Inter eos fontes Graecos, quos Plinii et Apulei auctor latinus secutus est, Cratevam fuisse verisimile est.

6) Maxima similitudo, quae inter Dioscoridem et Apuleium intercedere videtur, non tam ad Dioscoridem ipsum pertinet quam ad interpolatorem eius.

7) Interpolator Dioscoridis et Apuleius ex uno fonte hauserunt, in quo non modo remedia, quae utrique communia sunt, sed etiam synonyma herbarum scripta fuerunt.

III. Emendationes.

1) Emendantur, quae in cod. L corrupta videntur.

Ea, quae in remediis ipsis emendanda sunt, haud ita multa sunt. Plurima vitia in verborum finibus corruptis latent, quae quidem facile sanari possunt. Contra non pauca plantarum nomina magno opere deformata emendandi artem desiderant. Quamquam multae corruptelae codicis L aliis codicibus et editione vulgata adhibendis facile emendari possunt, tamen adhuc multa restant, quae emendatione indigeant. Atque hac in re inprimis Plinium et Dioscoridem adsciscendos esse apparet.

Locos corruptos, qui sequuntur, emendatione sanare posse mihi videor.

In cap. I inter synonyma herbae vettonicae traditur «dyprinion,» quod neque Diosc. neque Plin. habet. Quae vox quid sibi velit, nemo intellegit. Cum autem Diosc. IV, 1 de vettonica dicat «*ἐπ᾽ ἄκρῳ δὲ τῶν καυλῶν ἔνεστι τὸ σπέρμα ἐσταχυωμένων ὥσπερ θύμβρας*, conicere licet, scriptum fuisse «thymbrinion,» nisi forte putamus, latere in illa voce nomen ex voce *δρῦς* ductum, cum idem Diosc. l. c. dicat «*φύλλα μακρά, μαλακά, ἕμοια δρυί.*»

C. I. 28 hic titulus legitur «ad mulieres locosas, quibus loca a frigore moriuntur.» Moriuntur recta sententia caret. Sine dubio scribendum est «mordentur.» Conf. Hor. Sat. 2. 6 45. Matutina parum cautos iam frigora mordent.(*)

C. II. 19. «Ad disentericos etiam torminosos.» Pro «etiam» scribere velim «et ad». Ad dysentericos et ad torminosos. Vulg. habet «vel» cod. V. praebet «et».

*) v. Christ: quibus loca frigore emorientur.

C. III. 2. «Ad ventris dolorem. herbam quinque folium tunsam et expressum sucum eius bibere, dolorem sine mora tollit. cocliaria duo dabis.» Haec inepta esse apparet. Cod. V. post «eius» praebet «dabis», omisit «cocliaria duo». Scribendum est: «herbam qu. tuns. et expr., sucum eius cocliaria duo dabis bibere, dolorem etc." Corruptela ex eo orta esse videtur, quod librarius, quae suo loco omisit, in fine adiecit.

C. III. 9. „Ad cancrum excecandum" L. exsecandum V. exsiccandum Vulg. Quin V non recta verba praebeat, propterea dubium non est, quod auctor ad medicinae inperitos spectat. Exsiccandum, quod Vulg. habet, rectam quidem praebet sententiam, sed coniecturam esse puto. Equidem littera e in ae mutata — saepissime illae litterae in codice commutantur — scribam «excaecandum». Conf. Celsi VI. 7. 15 fin. „Id enim signum est quasi excaecatorum itinerum, per quae humor ferebatur.»

C. IV. Inter synonyma hierabotanes legitur «diosatim» V «diosatin.» In vulg. nullum nomen legitur, quod illi respondeat. In lectione codicum latet sine dubio «diosaten» (= *Διὸς ἄτην*). Saepissime *η* littera i exprimitur. Id nomen optime cum nomine, quod in Diosc. IV. 42 invenitur, consentit: «*προφῆται Ἥρας δάκρυον*», cui respondet *Διὸς ἄτη* cod. L. et V.

Ibidem legitur synonymum «licinia», quod equidem non intellego. Cum autem haec herba in edit. T et in cod. V. etiam collesis (Lötung) et aristereon (Eintrachtspflanze) appellatur, scribendum proposuerim «lyginion» (*λυγίνιον*). *λυγός* enim significat instrumentum, quo fabri singulas partes glutine iunctas conprimunt. Eandem igitur sententiam praebet quam collesis et aristereon. C. V. legitur «alii dicunt (scil. symphoniacam) calicularem.» Hoc nomen ineptum est. Haec herba medio aevo «caniculata» nominabatur, unde coniciam hoc loco scribendum esse «canicularem.»

C. VIII. herba leontopodium. «alii plato F um» L. «plantafium» V. «plantiphilon» T. in margine.

In his latere videtur „platyphyllon" vulgatae. Descrip-

tio herbae sane, quae in Diosc. IV. 129 legitur, parum cum hoc nomine convenit: *διδακτυλιατόν ἐστι βοτάνιον, ἔχον φυλλάρια στενά, ὡς τεσσάρων δακτύλων ἢ τῶν τριῶν τὸ μῆκος.*

C. XI. Herbae Artemisiae synonymum legitur „conosepes," quod ineptum est. Vulgata praebet „gonos Hephaesti." Scribendum videtur „gonos Hebes." Ibidem legimus „alii ostantos" (scil. herbam dicunt). Haec ex dittographia antecedentis „oste anthropa" orta esse puto et delenda.

C. XVII. 1. in fine addita sunt: „haec herba etiam a . . . . lia curat." Nihil aliud sequitur. Cum autem tit. 2 vulgatae „ad aures malas." praebeat, scriptum fuisse existimo: „haec herba etiam aurium vitia curat.

C. XVIII. Herba Cyclaminos. „Zoroastres . . stympaites" (scil. dicit) cod. V. „stimpaitor." Vulg. trimphalites. Haec omnia inepta sunt. Equidem coniciam „stymphalites." Ne Dioscoridis quidem verba hic integra sunt; habet enim II, 193 *οἱ δὲ Ζωροάστρις ἢ τριμφαλίτης. Ζωροάστρης* enim aliis locis inter eos commemoratur, qui herbis nomina inposuere, velut Diosc. II. 165 *Ζωροάστρης φέρουμβρος* scil. *καλεῖ τὴν ἀγρίαν θρίδακα.* Itaque Dioscoridis locus sic emendandus est: „*Ζωροάστης δὲ στυμφαλίτης.*"

C. XIX. Herba polygonos dicitur in L: „chiroceame", V „cymosuamen" Plin. 27, 113 „clema." Diosc. IV. 4 *οἱ δὲ κλῆμα.* Edit. C.W. „clema." Quid sibi velit nudum illud clema, equidem nescio. In verbo apud Apuleium tradito latere videtur nomen aliquod et clema. Coniciam: „Chironos clema" Chironszweig. Apud. Diosc. l. c. haec herba etiam *κνωπόδιον* dicitur, quod explicari non potest. Cum autem eadem herba ibidem *κυνοχάλης* dicatur, scribam „*κυνοπόδιον.*"

C. XXXV. Herba centauria maior in cod. L.: „apogoris", in V. „apogorissa", in Vulg. „apogorisapon" nominatur. Plin. 25. 68 dicit: „Galli exacum (scil. vocant), quoniam omnia mala medicamenta potum corpore exigat per alvom." Itaque non errare mihi videor, si scribo: «apagoris» (*ἀπάγειν* = exigere).

Ibidem eiusdem herbae nomen «poliod» nobis occurrit V «polydis», Vulg. «polyhydion». Nullum ex his nominibus rectam sententiam praebere certum est. Cum autem Plin. 25. 66. dicat huic herbae esse «folia serrato ambitu» et Diosc. III, 6 *τὸ δὲ περιφερὲς αὐτῶν* (scil. *φύλλων*) *ἐντέτμηται ὥσπερ πρίων*, scribendum puto «polyodus» (= *πολυόδους*).

C. XXXIX. Herba Althaea dicitur «aeleomolocen,» quod corruptum est. Apuleius dicit hanc herbam nasci locis umidis. Itaque coniecturam proponam «heleomoloche» = *ἑλειομολόχη* i. d. malache palustris. Vulgata habet elaeomolocen.

C. XLIII. Herba bulbus scilliticus.
L. alii tyfonos.
profetae optalmon.
V. alii tyfonos.
Aegyptii subto vocant.
Vulg. aliis tyfonos.
Aegyptii sylitho
prophetae ophthalmon typhonos.

Diosc. II. 202. *οἱ δὲ στυφωνία, προφῆται ὀφθαλμὸς Πύθωνος.* Quamobrem in cod. L. scribendum est «prophetae Typhonos ophthalmon.» Dioscoridis autem *στυφωνία* emendandum est in *Τυφωνία*, quod nomen etiam apud Apuleium legitur. Pro *ὀφθαλμὸς Πύθωνος* restituendum est: *ὀφθ. Τύφωνος*. Confer. Wönig, die Pflanzen im alten Ägypten pag. 395 „die alten Ägypter, welche sie poetisch „Typhons Auge" nannten, haben ihre medizinische Wirkung sehr wohl erkannt. Sie diente bei ihnen, wie noch in der heutigen Heilkunde, wegen des in ihren schleimigen Häuten enthaltenen harntreibenden Scillitin als ein probates Mittel gegen die Wassersucht und es wird erzählt, daß man dem heilkräftigen „Auge des Typhon" zu Ehren sogar einen Tempel in Pelusium errichtet hatte.

C. XLVI. Herba Prasion dicitur in L. «pholophos» in V «folosopes», in Vulg. «phyllochares.» Consentias mecum in L. «philopaes», in Vulg. «philochares» scribente,

si legeris in Plin. 20. 241: «nonnulli (sc. vocant) philopaeda aut philochares.»

Ibidem «alii afedros» (L et V) vulg. aphedron. Scribendum est «aphedros.» ἄφεδρος scil. κάθαρσις feminarum fluxum menstrualem significat. Menstruantes feminae Judaeorum ab aliis separatae sedere debebant, unde illud nomen sumptum esse puto. Diosc. III. 109. δίδοται καὶ ταῖς μὴ καθαιρομέναις γυναιξὶ πρὸς ἀγωγὴν ἐμμήνων. Plin. 20. 243. herba solvit menstrua et secundas mulierum. Cum illo nomine fortasse cohaeret nomen Germanicum „Gotesvergeten, Gottesvergeten" (quod feminae Judaeorum separatae sedebant). Confer Pritzel: die deutschen Volksnamen der Pflanzen pag. 230.

Ibidem «alii nostrofon dicunt». L. et V., «nosprason» T, «nostrofundum» C. W. Cum Plinius 20. 241 habeat «alii linostrophon», apud Apuleium «alii linostrophon dicunt» emendandum est.

Ibidem tit. 9. L: «ad pedum dolorem aut si quis lassus inciderit in languorem et habuerit nervorum dolorem. herbae narrubii sucos cum oleo rosacio permixto perunguis eum, sine mora sanavitur.» Suco et sanabitur scribendum esse luce clarius est. Neque vero inscriptio ipsa intacta est. «Pedum enim dolor» cum reliqua parte non bene coniungi potest. In tabula systematica invenitur: «ad nervorum dolorem aut si spasmum habuerint ex aegritudine.» Deest igitur hic «ad pedum dolorem», quod esse delendum loco superiore mihi videtur. Facile fieri potuit, ut ab interpolatore propter sequentem vocem „lassus" illud additamentum adiceretur. Contra illud „spasmum" indicis titulo adiciendum esse puto. Vix enim intellegas, quomodo in indicem irrepserit. Et in cod. V. legitur: — „et habuerit nervorum dolorem et spalmum." Plin. 20. 243. „spasticis nervis salutare" scil. est. Scribam igitur: „Si quis lassus inciderit in languorem et habuerit nervorum dolorem et spasmum."

C. L. Herba Heliotropium. L et V. „alii dialiton." Diosc. IV. 190. οἱ δὲ διάλιον. Utrumque quid sibi velit, nescio. Plin. 22. 100 dicit hanc herbam habere aeterne folia.

Utroque igitur loco sic emendandum esse verbum corruptum: apud Apuleium adialyton, apud Dioscoridem ἀδιάλυτον i.e. die Unverwelkliche.

C. LIII. 1. Ad vitia, quae in ore nascuntur. herbae astulae regiae radicem cum vino trita potui data in ore teneat L. V. „radix cum vino trita et potui data in ore teneat." In Vulg. hic titulus deest. Delendum est „potui data" et scribendum „tritam". Nam quomodo idem possit potare et in ore tenere, equidem non. video.

C. LIV. Herba Papaver. „alii - - oxyton" L, „oxyconon" V., „oxytonon" Vulg., Diosc. IV. 64 ὀξύτονον, ubi Marcellus ὀξύγονον coniecit. Dubium non est, quin et ipse Apuleius habuerit oxygonon, cuius vestigia in cod. V. exstant. Notandum est hanc herbam Augustae Vindelicorum adhuc nomen Schnellblume habere.

Ibidem tit. 2. In cod. L. traditur: „ad hemicranium [vel emicrinii capitis dolorem]." Ea, quae uncis inclusi, interpretationem in margine adscriptam fuisse mihi persuasum est.

C. LIX. 1. Leguntur haec: „et si cimas eius (scil. victoriolae) post cenam edideris, digestionem tollit." Pro „cimas" scribendum est „cymas" aut „acinas." Deinde pro „digestionem" scribas rectius, ni fallor, „indigestionem."

C. LX. Herba Consolida. „Itali argallicum" (L et V), allium Gallicum T., anagallicum C. W., Galli alum Vulg. Plin. 27. 41 dicit: „alum nos vocamus." Itaque scribam „Itali — alum Gallicum."

C. LXV. „Herba peresiene . . . . ptios." L, „Peristereon" C. In V scripta non est. Diosc. IV. 61. περιστερεὼν ὕπτιος. Restituendum est igitur: „peristereon hyptios."

Ibidem L. „alii triconon" Vulg.: „trigonon", Diosc. l. c. „τρυγώνιον." Itaque scribendum est „trygonion". Adnotatio. Nomen φερράρια, quod in Diosc. IV. 60 cod. N praebet, confirmatur lectione cod. L. Apulei, ubi legitur „alii . . . ferraria."

LXIX. Herba Isatis. „alii . . . aogigneme," quod

sine dubio corruptum est. Cum Plinius 20. 58 et 59 dicat *ἴσατιν* esse tertium genus lactucae sponte nascentis, recte mihi conicere videor in „aogigneme“ latere „autogignomene.“

2) Quae in cod. V. emendatione indigere videantur.

C. XXXVI. Herba Centauria minor: — „polidus emaepucus“ scil. dicit. Ut aliis locis, ita hic nomen plantae, quod in „polidus“ latet, in sinistram columnam codicis translatum est. In Diosc. III, 6 legitur nomen huius herbae „*μούλτι ῥάδιξ.*“ Proponam igitur „alii polypus (*πολύπους* = multiradix) alii haema (?) „epucus“ emendare non potui.

LVI. 1. „Ad tussim vel colicos. Herbam narcissum tunsam et potui datam colicis vel tussicis prodesse dicimus.“ L. hunc titulum non habet. Vulgata in titulo ipso „phthisicos,“ in remedio „tussientibus“ habet. Saepissime „tissici“ pro „phthisici“ scriptum est, unde „tussis“ et tussientibus ortum est. Restituendum est igitur: „phthisim“ et „phthisicis.“

LXIII. Herba Dictamnum. „alii aelea cotocos“ Vulg. „eldian et belotocos.“ Diosc. III, 34 *οἱ δὲ ἐλδίαν, οἱ δὲ βελοτόκος, οἱ δὲ δορκίδιον.* Pro *δορκίδιον* sine dubio „*δορκάδιον*“ = Gazelle scribendum est. Deinde pro „aelea cotocos“ conicio „elaphotocos“, id quod etiam in Diosc. l. c. pro *ἐλδίαν* et *βελοτόκος* scribendum esse existimo.

C. LXXIV. agitur de herba strychnos: „virtutis est frigidi,“ quod ineptum est. Cum. Plin. 27. 132 dicat: „huic vis reprimendi refrigerandique,“ scribendum puto: „virtutis est frigidantis.“

LXXVIII. Herba Gladiolus. „alii eracion.“ Conicere licet scriptum fuisse „Heraclion.“

Adnotatio. Inter ea nomina, quae apud Diosc. leguntur, etiam hoc invenitur: „*οἱ δὲ γενιτάλεμ,*“ Sprengel: „*οἱ*

δὲ σεγετάλεμ. Sic ex Apuleio." Coniecturam hanc ille ex editione H sumpsit. Vulg. et C. W. habent „genitalem." Atque hoc nomen emendandum non esse ex ipsius Dioscoridis verbis apparet. Legitur enim IV, 20: φασὶ δὲ καὶ ἀφροδίσια παρορμᾶν τὴν ἀνωτέρω ῥίζαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσαν, τὴν κατωτέρω δὲ ἀγόνους ποιεῖν.

C. LXXXV. Herba Sabina. „alii catachieron" quod corrigendum est. Cum herba spinosa esse dicatur, proponam, alii — acanthan hieran."

Ibidem scriptum est: „alii amtysion."

In litteris „am" latere puto „eam". Itaque recte conicere mihi videor: „alii (dicunt) eam thyrsion:" thyrsus enim spinam significat.

C. LXXXVIII. Millefolium. alii chiliophyllon. Diosc. IV. 13. μυλλόφυλλον, quod ex cod. V in χιλιόφυλλον emendandum est, quae vox respondet millefolio Romanorum, quod et ipsum apud Diosc. legitur „Ῥωμαῖοι μιλλεφόλλιουμ.

C. LXXXIX. 6. „Ad caliginem oculorum. Herbae rutae rore matutino madentes sucus collectos in vasculo habebis et ex eo inungebis idem." Sucum, collectum, inunges restituendum esse apparet. Sed ne „madentes" quidem retineri potest. Ackermannus quidem ea, quae vulgata praebet „herbae rutae rorem matutinum aut matutino [tempore] madentes succos" etc. sic interpretatur: „rorem matutinum, matutinos succos. Per hos succos ros explicatur. Vult nempe, ut ros rutae herbae inhaerens colligatur in vasculo et ad oculorum morbos adhibeatur. Tempore adposuimus, quod in libris editis erit omissum." Haec interpretatio mihi minime placet. Primum enim quod „ros matutinum" per „succos matutino tempore madentes" explicatur, valde mirum videtur. Neque coniectura gravis in auxilium vocanda est, si verba leviter mutata rectam sententiam praebent. Quis denique ferat „succos madentes?" Immo iilud „aut matutino" ex antecedente „matutino" errore librarii repetitum est. Neque enim in ullo codice manuscr. invenitur. „Madentes" in „madentis" commutato res liquebit.

C. XCIII. Herba Nepeta. „A Graecis dicitur calamites.“ Vulg. „Graeci eam minthen agrian.“ Plin. 19. 160. dicit mentam et nepetam similis esse generis. Diosc. III. 37. *ταύτην* (scil. *τὴν ἑτέραν καλαμίνθην*) *οἱ Ῥωμαῖοι νεπέταν.* Scribendum est igitur „calaminthe.“

C. XCV. Herba Inula Campana. „alii centauria pascelion.“ hoc nomen explicari non potest. Plin. 25. 33. „Quartum genus panaces ab eodem Chirone repertum centaurion nominatur.“ Cum autem in Plin. 25. 30. uni ex generibus panaces Asclepion cognomen detur, scribam:

„alii centaurion
alii Asclepion.“ Nam „Asclepion“ ex eisdem litteris conpositum est, quibus „pascelion.“

C. CVIII. Herba Tithymallos. „Nascitur locis et ubique.“ Nomen adiectivum omissum esse apparet. Diosc. IV. 162 dicit: *„ἐν τράχεσι δὲ χωρίοις καὶ οὗτος φύεται.“* Ad „locis“ igitur addendum est „asperis“, omissa coniunctione „et“. (*)

C. CXI. In subdita parte huius capitis haec leguntur: „Similiter contra omnia maleficia radice ipsius aut derama, quantum unus solidus pensat, donetur.“ „Derama“ corruptum mihi videtur ex „de ramo,“ id quod rectam sententiam praebet.

C. CXVI. 2. „ad herpetas et quiriadas et omnes duritias.“ „quiriadas“ etiam in remedio ipso nobis occurrit. Idem in cap. 131. 5 invenitur. Sine dubio restituendum est „choeradas“ = strumas. Conf. Vulg. III. 10.

C. CXXI. 1. „herbam anetum conbure et pulverem mollissimum eius commisce et vulnus foves ex aqua et miritino calido labas et sic medicamen in ipsum factum inicias.“ Haec verba nullo modo explicari possunt. Inprimis, quid sibi velit „in ipsum,“ prorsus me fugit. Ex tit. 3 coniectura apta nobis suppedidatur. Ibi enim legimus: „herbae aneti medicamen suprascriptum spissu factum initiatum (m. r. iniciatur)

(*) v. Christ.: locis sentis.

ab ostetrice.“ Haec emendanda ex vulgata sic sunt: „herbae aneti medicamine suprascripto pessum factum iniciatur ab obstetrice.“ Itaque priorem locum sic emendo: . . . . . «et vulnus fove ex aqua et myrtino lava et sic medicamine pessum factum inicias» i. e. und mache aus dem Heilmittel ein Zäpfchen und führe es in das veretrum ein.

C. CXXIII. 2. Cod. V haec praebet «Ad emitritaeum. Herbam sempervivam et sisymbrium et agrimoniam et corallum virginem simul tritum admixto cifin et aquam maialem caelestem dabis, miraberis effectum bonum.» hemitritaeum restituendum esse apparet. Neque «virginem» ferri potest. Aut scribendum est „virginis“ i. e. corallum, quod virgo portaverat, aut „virgine“ i. e. virgine tritum. In cifin, nisi me fallo, latet „cytino“ scil. oleo. Quid vero «maialis» significet, nescio. An scribendum est: «pluvialem»? Tum «caelestem» supervacaneum videtur.

Partes subditiciae cod. V. emendantur.

C. IV. 2. legimus: «ad uvam et fauces vel scruveas.» „scruveas“ et in ipso medicamine nobis occurrit. Sine dubio scribendum est: «strumas.»

C. V. 8. «medicamen de ipsa fit, quod dicitur Septatium, optimum valde et ad omnia vulnera et cicatrices; satis dolorem compescit.

IX., Conficitur autem sic:

herbae symphoniacae sucus libra ·/. cera libra ·/., axungia porcina libra una, colophonia (coliofonia) libra una, olei communis libra una; haec (hec) omnia pones super focum in caccabo aereo et tamdiu lento igne coques, quamdiu sucum perconsumpserit. Et agitur adsidue (adsiduae), postea depones de foco, ut infrigidet. Uteris medicamen.»

Adnot. Hoc medicamen vehementer a ratione libelli auctoris abhorret eiusdemque scriptoris esse videtur, cuius est

illud, de quo iam Leon. Spengelius disputavit. Sermo, qui hic nobis occurrit, haud idem est, quo utitor verus auctor libelli: ipsa, tamdiu — quamdiu, perconsumere, infrigidare, oleum commune nullo loco genuino Apulei leguntur.

Quid sibi velit numerus IX, qui antecedit «conficitur», equidem non intellego. Pro «Septatium», quod codex praebet, scribam «Seplasium."

Puto hoc caput ex aliquo libello eorum, de quibus Plinius 34. 108 queritur, repetitum esse. Dicit enim l. c. «Atque haec omnia medici - quod pace eorum dixisse liceat — ignorant, pars maior paret nominibus; in tantum a conficiendis medicaminibus iis absunt, quod esse proprium medicinae solebat. nunc quotiens incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua hoc est impendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiae omnia fraudibus corrumpenti.» Confer. ad hunc locum «Urlichs Vindic. Plin. II. p. 216. Hic «commentaria» (que) transponendum esse autumat. Sed rectam sententiam praebet oratio: «hoc est impendio miserorum experiri commentaria.»

C. XVIII. 4. «Ad vulnera narium. herba cyclaminis radix siccata, tunsa et cibrata cum „licio" etc. licium ineptum esse, nemo non intellegit. Scribendum esse puto «lycio» conf. Cels., qui in libr. VII. cap. 11, ubi de οἴζαινα agitur, dicit: «ubi purus (scil. locus naris aegri) est, lycio ad sanitatem perducendum.»

C. LX. 2. «Ad quartanas ieiunus potui teris.» Sine dubio scribendum est: ieiuno potui dabis.»

Ibidem. «Deinde in aqua calida eiusdem radicem decoque, ut bibat: miraberis.» Quid potest esse ineptius quam hoc «in aqua calida»? An quis decoquat in aqua frigida? Scriptum fuit «in caldaria». Cum haec vox corrupta sit in «calida», adiecisse videtur aliquis „aqua".

C. XCIII. 3. „Medicamen conficis de nepita, si uscum et siccum pulverem admisces eius." Quid sit „uscum", nescio. Conicere liceat „muscum." *)

(*) v. Christ.: „viscum," id quod mihi quoque magis placet.

C. XCIV. 2. „Ad morsum serpentis. Confectionem ac . . . pi.“ Lacuna supplenda est, nisi animus me fallit, voce „accipito“.


C. CXXIII. 3. „Sucum herbae sempervivum cumiro siriatico et castorem teres.“ Haec sic emendanda sunt: sucum herbae sempervivi cum myrrha Syriatica et castoreo teres.“

C. CXXIV. 3. „caelidome“ sucum pro „chelidoniae“ sucum scriptum est.

Ibidem. „omnia simul diligenter trita et commixta in doliolo vitreo repones et cum opus fuerit „digno facies.“ „Digno“ ineptum est. Dubium non est, quin restituendum sit „de ligno“. Conf. C. XXXIV. 2 in subdita parte: „contusa cum axungia de ligno.“ (V.)

Epilogus.

Quae de codicum ratione et de editionibus disputanda sunt, in editione, quam paraturus sum, codicibus Cassinensi et Parisino *) et Taurino (Membranaceus, saeculi XIII. constans foliis 32. Fol. 3. pag. 2. Apuleii Platonis Liber herbanicus. Catal. Tom. II. p. 100) conlatis, quae de usu sermonis, alio loco exponam. Hoc loco nihil nisi stemma codicum, quos inspexi, delineabo.



*) Non mihi contigit, ut adirem Petri Drouerti editionem **Apulei**, quae Parisiis 1543 emissa est. Meyerus l. c. pag. 320 dicit, **auctorem** editionis, quam ne ipse quidem M. vidit, librum ex codicibus **vetus-**

Codex V multis additamentis auctus est, id quod et ex antecedente indice, qui illa non habet, et ex sermone Apuleio alieno demonstrari potest. (Confer. pag. 49 et 50 huius libelli.)

Nec non ea, quae de fontibus Apulei disserui, cum inprimis eas partes herbarii spectassem, quae in cod. L adhuc exstant, ad finem perducta esse mihi videntur. Codicibus, quos supra dixi, conlatis, illam disputationem retractabo, si investigavero, utrum in bibliotheca Veneta codex Cratevae servetur necne. (Conf. Häser, Gesch. d. Med. [3] I pag. 251).

Nuper vidi, etiam Dr. Joannem Piechottam post me codicem L contulisse. Edidit enim in „Jahresbericht des Königlichen katholischen Gymnasiums zu Leobschütz 1886/87. Progr. Nr. 181. 1887. Ein Anecdotum latinum.“ In pag. I de eis, quae Luc. Müller in Mus Rhen. XXIII. p. 187 disseruit, haec dixit: „Seine diesbezüglichen Angaben sind indessen heute zu einem guten Teile schon veraltet, da neuerdings mit dem Codex eine wesentliche Änderung vorgenommen worden ist, ebenso sind seine und Spengels Vermutungen über das Verhältnis dieser Handschrift zu den von Spengel im Philologus XXI p. 119 ff. teilweise veröffentlichten Münchener Fragmenten irrig.“ De Spengelio supra diximus. De Müllero haec dicenda sunt. Equidem eam codicis partem, quae Apulei fragmenta continet, optime dispositam inveni. In cap. LX codicis L (= LXII vulgatae) legisse dicit «febricitati» et «calididam.» Ego legi «sed febricitat in aqua calida, mox ventres solvet.» Extrema verba ille omnino non vidit. Pro «dato», quod codex habet, Müllerus «dator» coniecit; sed cum illa forma imperativi passivi ne semel quidem in cod. L scripta

---

tis se conscripsisse professum esse, id quod Meyero ille ementitus esse videtur. Sed in bibliothecae Parisinae catal. tom. 4 Nr. 6862 haec leguntur: „Apuleii, Platonici, herbarium sive liber de nominibus et virtutibus herbarum. Praemittitur index ex quo conicias hunc librum esse maxima parte mutilum. Codex membranaceus, olim Colbertinus. **Saec X.**“ Jam videas, fieri potuisse, ut ab illo hic codex adiretur. Atque Du Rieu quidem mihi dixit, ante nonnullos annos philologum quendam Lugdunensem codices vel reliquias codicum Parisinorum transcripsisse; illum autem mortuum esse, ut nihil in lucem ederet.

sit, coniectura Mülleri reicienda est. Contra saepissime casus nominum temere commutati sunt, id quod ex eo factum esse puto, quod codex archetypus litterarum compendiis erat scriptus. Itaque pro «leporis pes», quod voci „dato“ antecedit, «leporis pedem» restituendum est, quod in vulgata quoque legitur. Quae vero de voce «leporis pes», pro qua «leporipes» scribendum esse existimat, profert, analogia alterius vocis compositae refelluntur. Conf. Cap. VIII. 1. pes leonis = leontopodium. In versu 3 epistolae subditae, quam ille totam descripsit dicit, «proressionis» scriptum esse, sed prima manus «professionis» praebet, posteriore manu littera „r“ super „f“ scripta. Ibidem in versu 5 legi „dicemus“ non „dicimus“, quod ille habet.

In adnotatione pag. 187 subscripta Müllerus haec ponit: „Ich bin sogar der Meinung, daß Spengels Fragment aus dem Apuleius ursprünglich ein Theil der Leydner Handschrift gewesen. Schriftzüge, Zahl der Zeilen und Buchstaben stimmen vortrefflich, minder das Format. Non sensisse videtur, imagines et synonyma herbarum codicis L. in cod M. deesse, et numeros capitum prorsus diversos esse. Nonnulla denique fragmenta interea inventa, eadem praebent, quae cod. L., unde apparet codicem M. non partem codicis L. esse posse. Quod denique in pag. 187 codicem fontem sermonis latini uberrimum esse adfirmat, rem parvam nimis exornat. Ad hanc sententiam eo adductus esse videtur, quod multas voces librariorum neglegentia dehonestatas ex sermone vivo ortas esse existimavit. In veris autem Apulei partibus perpauca leguntur, quae bono dicendi genere repugnant.


Wölfflini benignitate mihi commissus est liber „Anecdota Oxoniensia. Alphita edited by J. L. G. Mowat. Oxford 1887.“ In huius libri pag. 30 haec leguntur „Canusela similis est polio montano sed non habet tam grossa folia nec tam bene redolet. Foliis et flore utimur.“ Conicere licet, in nomine causella, pro quo in pag. 9 maurella conieceram, scribendum esse canusela.

Cum nunc primum libellum a me conscriptum virorum doctorum iudicio proponam, animus me impellit, ut eorum pie meminerim, quorum praeceptis eruditus, comitate sum adiutus. Atque primum, ut fas est, Conradi Bursian et Caroli Halm, qui non iam lucem spectant, memoriam religiose semper colam. Deinde Guilelmus Christ, magister optimus, suo iure a me vel maximam gratiam sibi vindicare debet. Henrico Brunn et Leopoldo Julio, qui mihi artis antiquae intellegentiam tradidere, Du Rieu, bibliothecario Lugdenensi et Guilelmo Meyer Spirensi, olim bibliothecario Monacensi propter humanitatem et liberalitatem, qua me prosecuti sunt, gratias ago.


Corrigenda.

P. 2. vers. 32. pro septimaniae scr. septimanae.
P. 5. vers. 5. pro catalog scr. catalogo.
P. 6. vers. 14. nota ti deformata est.
P. 9. vers. 28. pro cupatori scr. eupatori.
P. 14. vers. 2. pro C. scr. l.
P. 15. vers. 20. post Lysis inserendum (Lisis cod.).
P. 16. vers. 19. pro Cratera scr. Crateva.
P. 16. vers. 20. bis delendum est.
P. 20. vers. 35. pro exponondas scr. exponendas.
P. 21. vers. 25. pro corta scr. cocta.
P. 22. vers. 12. pro vesciae scr. vesicae.
P. 24. vers. 8. pro Apololdorus scr. Apollodorus.
Ibid. vers. 10. pro 24 scr. 44.
Ibid. vers. 11. pro nymphaea scr. nymphaeae
Ibid. vers. 27. pro με scr. μεθ᾽.
P. 27. vers. 1. verba (ubi Plinii verba adscripta sunt) delenda et haec scribenda sunt: Plin 25. 165; 26. 95; 25. 100; 25. 134; 27. 114; 26. 143; 20. 244.
P. 28. vers. 23. pro perpenderit scr. pependerit.
Ibid. vers. 35. pro supparat scr. suppurat.
P. 34. vers. 13. pro efficaci scr. efficacius.
Ibid. vers. 21. pro interpolatore scr. interpretatore vel.
P. 35. vers. 10. pro ὥςπτρ scr. ὥςπερ
P. 44. vers. 19. pro narrubii scr. marrubii.
Ibid. vers. 36. pro aeterne scr. aeterna.
P. 48. vers. 29. pro miritino scr. mirtino.

Effigies herbae Griadis ex cod. Caſs.



Effigies herbae Griadis ex cod. Lugd.



LISIS.



Ex codice Casinensi.

THE BORROWER WILL BE CHARGE
AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NO
RETURNED TO THE LIBRARY ON O
BEFORE THE LAST DATE STAMPE
BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDU
NOTICES DOES NOT EXEMPT TH
BORROWER FROM OVERDUE FEES.

WIDENER
BOOK DUE
CANCELLED
1986
16 86 246

La 42.50
De pseudo-Apulei Herbarum medicamin
Widener Library 005855450
3 2044 085 183 614